

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

NF 7

4
APPENDIX
TESTIMONIORUM

Ex Theologis,
Nostro coetui addictis,
Collectorum,

AD

EXERCITATIONEM DE
PECCATO ACTUALI INFANTUM

M. MELCHIORIS ZEIDLERI

S. Theol: P. P. Secund: & Conciona-
toris Aulici,

Ab eodem adornata

ANNO clb lbc LXX.



REGIOMONTI,
Excudebat FRIDERICUS REUSNERUS,
Sereniss. Electoris Brandenb: & Academiae
Typographus.

APPENDIX
TESTIMONIORUM

Ex Theologis,
Nostro coram iudicis
Collectorum

AD
EXERCITATIONEM DE
PECCATO ACTUALI IN ANIMO

M. MELCHIORIS ZEIDLERI

2. Theol. P. R. secund. & Concionis-

toris Aulicis

Ab eodem editam

ANNO 1700



Printed at the University of Halle
by the Typographic Office of the
University of Halle



SERENISSIMI AC POTENTISSIME
ELECTORIS BRANDENBURGICI, &c. &c.

Supremis ad Regimen Borussiae constitutis

DNN. Consiliariis,

VIRIS

Illustribus, Magnificis, Generosis ac Nobilissimis,

Patriæ Patribus eminentissimis,

DN. JOHANNI ERNESTO à WAL-
LENRODT,

Summo Provinciae Magistro, Hæreditario in Pachtollen/

Preckelwitz/Altstad/Königssee/Liepe/Wilkienen &c.

DN. ALBERTO à CALNEIN,

Supremo Burggrabio, Hæreditario in groß Lindenau/

Molsenen/ Loschen &c.

DN. JOHANNI DIETERICO à TETTAU,

Cancellario, nec non summi, quod in Borussia est, Tribu-

nalis Præsidi gravissimo, Hæreditario in Schönbruch/

Arnau/Wießen/Dagunen/Salzbach &c.

DN. WOLFGANGO à CREYTZEN,

Supremo Marschallo, Hæreditario in Panssen/Selginen &c.

Dominis meis gratiosissimis, Patronis summis,

Gratiam & pacem à DEO Patre & Domino nostro,

Jesu Christo ex animo precor.

JAm duodecimus, Illustres ac Generosi Patriæ

JPatres, Domini Gratiosissimi, agitur annus, ex quo

ministerio Ecclesiastico in templo hîc Aulico, DEO &

) (2

SERE-

SERENISSIMO ita iubentibus, fungi coepi. Quam-
diu autem provinciam hanc sustinui, in Baptismo Par-
vulorum, recens natorum, semper abstinui à recitandis
verbis illis, quibus DEUS oratur, ut baptizando etiam
illa remittere dignetur peccata, quæ is hæreditario su-
peraddidisset. Non enim usitatum aliud in eâ, quæ
mihi concredita erat, Ecclesia deprehenderam, nec
meum erat proprio id consilio immutare, præsertim
quod me haud lateret, non in aliis saltem Germaniæ, sed
& hujus ipsius Ducatûs Ecclesiis, Augustanæ Confessio-
ni, non variatæ, addictis tam Polonicis & Lithvanicis,
quam ipsis etiam haud paucis Germanicis in talium
baptismo verba ista omitti. Maximè autem omnium
me movebat, quod certus essem, & Scripturæ sacræ, &
doctrinæ Catholicæ Ecclesiæ, quin & nostratibus vete-
ribus Theologis penitus esse adversû dogma illud, quo
infantibus tenellis peccata actualia, ab originali labe
distincta, tribuuntur: nec consilium fuisse eorum, qui
Agenda nostra adornarunt, ut verba hæc in eorum,
quos dixi, infantum baptismo usurparentur. Sed nec
audivi quenquam, qui hoc factum meum improbaret.
Saltem nuper admodum prodierunt aliqui, qui minus
benignè interpretari illud occœperunt: quod mihi tan-
dem, cum aliâ ratione satisfacere iis non liceret, Theses
istas, quas sub finem præterlapsi anni de Peccato actuali
infantum edidi, extorsit. Necessitate enim nisi com-
pulsus

pulsus fuisset, de hac re ne verbum quidem unquam
fecissem, quod minoris mihi videretur esse momenti,
quam utin eam diducendam tempus terendum esse puta-
rem, gravioribus negotiis destinatum. Censebam in-
super clariorem esse, quam ut prolixâ explicatione &
demonstratione indigeret. Versabantur namque mihi
ante oculos verba Augustini ex lib: 1. contra Julianum c.
7: *Divites & pauperes, excelsi atque indocti, mares & femine
noverunt, quid cuique ætati in baptisate remittatur.*
In talibus autem solet mihi usu venire, quod idem Do-
ctor sibi evenisse, de hoc ipso negotio differens, scribit:
*Nusquam sic non invenio, quid dicam, quam ubi res, de qua
dicitur, manifestior est, quam omne, quod dicitur,* lib: 1. de
peccatorum meritis & remissione c. 35. Vel idcirco
verò persuaseram mihi, fore, ut paucis etiam istis, quas
huic controversiæ dicaveram, lineis, omnibus, quibus
fortè scrupulus hic aliquis adhuc hæreret, esset satisfa-
ctum. Sed secus res cecidit, ac speraram. Quem admo-
dum enim technas maligni Spiritûs sæpius antehac in
ponendis bono meo proposito obstaculis deprehen-
deram: ita ejusdem machinas denuo etiam hanc ipsam in
causâ coactus fui experiri. Vix namque pagellæ Exerci-
tationis meæ lucem conspexerant, cum jam diris calu-
mniis & convitiis atrocissimis proscindi ex Cathedris
publicis à nonnullis, non sine multorum tamen indi-
gnatione, inciperem, quasi is essem, qui vel ipsas etiam

Ecclesiasticas constitutiones temerario ansu subverte-
re, proq; lubitu meo quodcunq; visum fuisset, in iis
mutare non reformidarem: cui tamen tale quid ne per
somnia quidem unquam venerat in mentem. Po-
tuisset illa etiam cor saxum movere: ego tamen ni-
hil aut parum iis fui commotus, confusus quippe boni-
tate causæ & conscientię meæ, certusq;, quod *non is,*
qui patitur, sed qui facit contumeliam, miser sit, authore
Hieronymo, qui eandem sortem fuit expertus, Epist. 77
ad Marcum Celebensem. Hoc unicum dolui, quod
adverteram continuis istorum hominum vocifera-
tionibus, aliorum, etiam, de quibus tale quid omnium
minimè cogitaveram, animos præoccupari, ut avidum
minimùm novitatis suspicarentur, cujus sententiam
aliàs erroris arguere non auderent. Sic enim fieri solet,
ut etiam illi nonnunquam, quorum præcordia de
meliore luto natura finxit, Sacerdotum aliorumq; si-
milium intempestivis clamoribus, si non vincuntur
penitus, obtundantur tamen & quoad antenus impli-
centur, ut tam facile se nesciant extricare. Quod vel
ipsis summi Magistri discipulis obtigisse Historia Evan-
gelica prodit. Cum enim is sermonem, ex quo Pharisei
ante cavillandi ansam sumpserant, repeteret, illi aurem
ei vellicabant his verbis: *An nescis, Phariseos audito isto*
sermone fuisse offensos? Matth. 15, 12. Necessarium ergò
putavi, ut testimoniis nostratum Theologorum ex-
stan-

stantioribus sententiam meam roborarem, quò intelligerent omnes, nihil me novi alere, quin potius à novitate omnino toto animo abhorrere & tam verbis, quam factis sequi, quod & verè antiquum, & nostratum còmunis doctrinæ apprimè sit consentaneum. Atq; hinc nata mihi est hæc Testimoniorù Appendix; quæ, ut spero, & lucem uberiorem Exercitationi affundet, & innocentia meæ apud cordatos omnes sufficiens vindex erit. Potuissem quidem plura addere, atq; aliorù etiam quorundam argumentorum, quæ circumferuntur, veluti ex Gen: 6, 5, Psalm: 58, 4, Esa: 48, 8, & pluribus similibus locis, in alienum sensum detortis, petitorum, vanitatem detegere: sed malui ista hæc vice silentio potius adhuc involvere, quam ægrè facere auctoribus illorum. Id enim certò scio, nullum eorum esse, quod non ex Pelagianorum pharetrâ sit depromptum, sive eorum non innitatur principiis, hypothsesibus tam antiquorum Catholicorum Doctorum, quam nostratum Veterum Theologorum omnium repugnantibus. Cujus quidem demonstratio, si eâ fuerit opus, mihi semper etiam posthac erit in promptu: utut invitus in hujusmodi arenam descendam, & non nisi protractus. Vobis in-
tereæ, PATRIÆ PATRES ac SUMMI PROCERES,
Appendicem hanc submissè offero, eâ, quâ par est, devotione rogans, ut defensionem hanc meam sereno vultu suscipiatis, ac me præter jus & fas à malevolis im-
petitum

petitum adversus eorum obrectationes patrocinio ve-
stro frui, nec interturbari amplius absq; causâ in actio-
nibus majoris & momenti, & emolumentis, permitta-
tis. DEUS Vobis novas animi atq; corporis vires con-
cedat, consilia vestra gravissima secundet, mala cuncta
â Vobis totisq; vestris illustribus familiis averruncet,
deniq; Vos Ecclesiæ & Patriæ bono si non æternum,
diu tamen, omnigenâ, terrenâ pariter ac cœlesti, bene-
dictione perfusos superesse ac vigere clementissimè
jubeat. Dabam Regiomonti VI Kalend. Maji Anno
cl^o l^oc LXX.

VIRTUTIS AC DIGNITATIS ILLUSTRUM
VV. GENEROSITATUM ET MAGNIFICC:

*devotissimus ac obsequiosissi-
mus cultor*

M. Melchior Zeidler.

APPENDIX
Testimoniorum, ex Theologis, Augu-
stanae Confessioni Invariatae addictis,
collectorum,

Ad
Exercitationem de Peccato Actuali
Infantum.

I.

DOcent passim nostrates, peccati, quod in homine est, causam efficientem proximam esse ipsam hominis voluntatem. Sic enim ipsa Augustana Confessio Articulo 19: *De causa peccati, inquit, docent (Ecclesiae Protestantiū) quod tamen si Deus creat & conservat naturam: tamen causa peccati est voluntas malorum, videlicet Diaboli & impiorum hominum, quae non adjuvante Deo avertit se à Deo ad alias res contra mandata Dei.* Et D. Martinus Chemnitius in Locis de causâ peccati c. 3: *Ne ab illo extraneo, ait, Diaboli impulsu quarantur excusationis pretextus, quasi inviti cogamur ad peccata, & ideo non poenâ, sed veniâ digni simus, Jacobus c. 1 v. 14 & 15. ponit propinquam causam peccati: Quisq; tentatur à concupiscentia sua abstractus & ille-ctus. Concupiscentia enim cum conceperit, parit peccatum, peccatum verò perfectum progignit mortem. Non ergò nescientem, nolentem & oblectantem quasi obtorto collo precipitat hominem in scelera Diabolus: sed voluntas hominis fascinata prestigiis Diaboli 2. Cor. 4, 4. praebet se ad omnes ipsius ductus obsequentem. Non igitur extra voluntatē hominis ponēda est causa peccati. Et articulo de peccato Originis c. 4: Rectè dicitur, Diabolum & voluntatem hominis esse causas efficientes peccati. D. Leonhartus Hutterus, Professor Witebergensis in Locis Theologicis loco 5. cap. 2: Peccati causae rectè duae istae statuuntur, Diabolus & voluntas hominis. sed eo tamen observato discrimine, ut neq; eadem vis in operando utriq; causae adsignari possit, aut debeat. — Primum enim, prior illa causa, quae est Diabolus, causa est externa: posterior verò haec, nempe voluntas humana, causa est interna. — Deinde prior illa indirectè peccati causa statuitur. Ratio est, quia nihil directè potest peccati causa esse, nisi quod voluntatem hominis intus movere potest ad peccandum.*

A

Verum

Verum posterior causa, nempe voluntas hominis, rectissime peccati causa propinqua & directa constituitur: siquidem proprium & immediatum principium actus peccati est voluntas, quatenus nimirum omne peccatum est voluntarium. Deniq; ne in re manifesta nos detineamus longius, ipse D. Conradus Dietericus in Institutionibus suis Articulo de peccato hæc de eadem re ponit verba: *Quanam est causa peccati? Causa peccati primaria est ipse Diabolus, qui sponte sua se à Deo primum averit, & ab initio peccavit 1. Job. 3, 8. Altera est perversa hominis voluntas Rom. 5, 12, qua liberè Diaboli fraudibus fascinata 2. Cor. 4, 4 pravis concupiscentiis obsequium præstat. Jac. 1, 14.*

II. Caterum duplici ratione peccatum contrahi potest interveniente hominis voluntate. Nempe vel alienâ, ejus tamen, à quo alter pendet; vel propriâ. Ex voluntate aliena provenit peccatum originis. Hoc enim ex voluntate primi hominis seminatum est, ut & in illo esset, & in omnes transfret, ut Augustinus loquitur lib. 2. de nuptiis & concupiscentia c. 23. Ex voluntate autem cujusq; propria exurgit peccatum actuale. Unde & passim veteribus peccatum hoc proprium dicitur. Veluti Cypriano, cujus verba ex Epist. 59. ad Fidum in ipsa Exercit: num. VII. citavimus. Huic verò consentit & Hilarius Diaconus Romanus in c. 7. Epist. ad Romanos scribens: *Hoc est venditum esse sub peccato, ex Adam, qui prior peccavit, originem trahere & PROPRIO delicto subjectum fieri peccato.* Sed & Augustinus lib. 1. de peccatorum meritis & remissione c. 10: *Manifestum est, inquit, alia esse PROPRIA cuiq; peccata, in quibus hi tantum peccant, quorum peccata sunt: aliud hoc unum, in quo omnes peccaverunt, quando omnis ille unus homo fuerunt.* Et lib. 3. contra Julianum c. 1: *Nec iniquus est Deus, cum peccatis sive ORIGINALIBUS, sive PROPRIIS digna retribuit.* Idem repetit & c. 5, ubi vitium originis vocat *originalis peccati contagium*: actuale autem PECCATUM CUJUSQUE PROPRIUM. Cur autem proprium cujusq;? Rationem ipse reddit lib. 10. de Trinit. c. 5, nempe, quia ejusmodi peccata unusquisq; in sua vita SUA VOLUNTATE committit. Quamquam & hoc fieri queat multipliciter. Quoddam enim exiis, quæ propria cujusq; voluntate committuntur, est purè & simpliciter voluntarium, ut quod fit consulto seu deliberato consilio, quale erat factum Herodis, infantes Bethlehemiticos interimentis, Matth. 2. 16. Quoddam

dam autem ex purè deliberato quidem consilio non trahit ortum, intenditur nihilominus ab eo, qui præpeditus est aliquo affectu, c. ira, vel amore, aut alio. Qua ratione voluntarium erat factum Ammonis Thamari vitium inferentis, quod victus esset ejus nimio amore 2. Sam. 13, 1, 2. seqq. Rursus quoddam directè voluntarium est, quod per se intenditur: quoddam indirectè, quod quis per se quidem non vult aut intendit, vult tamen illud, ex quo istud sequitur, sive ista connexa esse norit, sive ignorantia ejus rei ducatur, non invincibili tamen omninò, sed tali, quæ superari posset, dummodo debita adhiberetur cura ac diligentia, quale erat factum Loth Gen. 19, 33, itemq; Pauli 1. Tim. 1, 13, ac Judæorum aliorum, Christum crucifigentium Act. 3, 17. Aliquo horum modorum peccatum actuale omne voluntarium sit necesse est. Id quod rursus magno consensu docent nostrates Theologi. D. Justus Jonas in Compendio articulorum Germanico Witebergæ edito Anno 1537 articulo de peccato originis scribit: *Das dieselbigen (Scholastici Doctores) sag. n/ Sünde were nicht Sünde, wenn sie nicht willig geschehe/ist wol war/wenn man von eufferlichen bösen Thaten und Sünden redet/ mansol aber solches nicht ziehen auff die Erbsünde.* D. Martinus Chemnitius Parte I Examinis Concilii Tridentini de Peccato Originali: *Manifestissimum est, valdè esse coactum & procul petitum, definitionem illam (quicquid sit à sciente & volente) convenire etiam peccato originali: — propterea quia sicut omnium hominum natura, ita etiam omnium voluntas originaliter fuerit in Adam. Certè actualis peccati esse illam definitionem, meridianâ luce clarius est, & ipsi Scholastici scriptores fatentur.* Ast definitio convertitur cum suo definitio. Peccatum ergò actuale omne est voluntarium, si non simpliciter, ad minimum tamen ex parte, ad eum modum, quem ante determinavimus. Atq; huc pertinet etiam, quod in Locis communibus Parte I de peccato Originis capite 1 n: 3 scribit idem Chemnitius: *Cyprianus lib: 3 Epist. 8 (peccatum originis) vocat alienum peccatum, quâ appellatione Augustinus aliquoties usus est, distinguens inter peccatum proprium, id est, actuale, quod propriâ transgressione, cognita sententia Legis, committitur; & alienum, id est, originale.* Leonhartus Hutterus P. Witeberg: in Locis Theologicis loco V. de causa peccati c. 2: *Fundamentû assertionis hujus*
A 2 (quod

(quod peccatum à voluntate hominis dependeat) est ipse lapsus primorum parentum, qui à sola voluntate hominis in solidum dependet: & neq; Deo, tanquam universali principio ullo pacto, neq; Diabolo, tanquam superioris naturæ principio, directè adscribi potest. Nam licet Satanas seduxisse primos parentes legatur: tamen id non necessitatis vel coactionis, sed suggestionis tantum & instigationis fuit. Quod ipsum de omnibus etiam peccatis actualibus est statuendum, nempe quod ad solum internum & directum voluntatis humane principium ea sint referenda. Et si enim ex corruptione naturæ humane aliqua nos manet peccandi necessitas, ita ut non possimus non peccare: — tamen hæc ipsa peccandi necessitas ex voluntario lapsu primorum parentum ortum duxit: & nunquam in actum erumpit, quin voluntatis assensus accedat; ita ut peccatum non sit, nisi quod est voluntarium. Et Disput. V. in Augustanam Confessionem th. 93 & 94 scribit: Neq; est, ut Semipelagiani isti litem nobis moveant de infantibus, quasi hi corruptionis hujus (vitii originis) sint expertes, quippe in quos voluntas, quæ tamen vel maximè ad definitionem peccati constituendam requiritur, per aetatem nondum eadere possit. — Frustra enim (ut de tuo hoc nobis Augustinus largiatur) ideò putas, parvulis nullum esse delictum, quia sine voluntate, quæ in eis nulla est (intellige actu secundo) esse non potest. Hæc enim rectè dicuntur de proprio cujusq; peccato, non de originali peccati contagio: quod tamen & ipsum à primi hominis voluntate sum sit exordium. D. Salomon Gesnerus Professor itidem Witebergensis. Disput. 3. pro Formula Concordiæ c. 2. th. 3: Quod (Pelagiani) de assensu & voluntate addunt (videlicet peccatum omne oportere esse voluntarium) id in actualibus peccatis locum habet. D. David Löbichius Professor Rostochiensis Disput. 4. in Augustanam Confessionem th. 79: Observetur concupiscentiam esse peccatum originale & actuale. Originale, quatenus denotat pravorum motus, ad quos consensus non accedit; Actuale, quando consensus, machinatio & persecutio ejus rei, ad quam pravi motus sollicitant, accedit. D. Henricus Eckardi Professor Giessensis in Compendio Theologiæ Patrum lib. 2. cap. 3. artic. 3. de Peccato num. VII. objectionem hanc Pelagianorum, peccatum originis negantium, proponit: Sed ad peccatum requiritur consensus.

ensus propriæ voluntatis? Et respondet ibidem his Augustini ex
3. contra Julianum c. 5. verbis: *Hoc rectè dicitur de proprio cuiusq;
peccato, non de primi peccati contagio originali.* D. Johannes Gerhar-
dus Professor Jenensis disputans contra Bellarminum Tom. 2. Loco
de Peccatis actualibus c. 1. *Omne peccatum esse voluntarium, dicit
Augustinus lib. de Vera Religione c. 14. Idem tamen rectè addit lib. 3. con-
tra Julianum c. 5, de actuali peccato id intelligendum esse, non de origina-
li.* D. Bartholomæus Battus Professor Gryphiswaldensis Disput. 8.
in Epist. ad Ephes. Loco 1. th. 18 & 19: *Porro actuale peccatum quid &
quodnam sit, est ipsum satis evidentè ex eodem textu intelligere, scilicet
omne sive cogitatum, sive appetitum, sive dictum, sive factum, quo secun-
dum seculum mundi hujus & principem potestatis aeris, hoc est, Diaboli
ψαυδῶν καὶ ἀνδρωποικτόνσ homines ambulant, quo item conversati in
desideriis carnis suæ faciunt voluntatem, non Dei, sed Deo inimicæ car-
nis & cogitationum. Monstrat verò etiam hic textus discrimen peccato-
rum actualium, quo nimirum alia sunt peccata interna, alia externa.
Et horum quidem manifesta est notatio in phrasibus, ambulare secundum
seculum mundi hujus, tum facere voluntatem carnis & cogitationum.
Cum enim quæ intus cogitat mens & caro malè appetit, opere implentur,
& secundum perversi mundi exempla ambulatur, haud dubiè externum
est peccatum. At quando de perpetrandis adhuc intus mens cogitat, &
titillantibus carnis desideriiis assensura accommodat, primumq; ea velle
incipit, peccatum est internum. Et th. 37 ac 38: Peccatorum actualium cau-
sas internas duas esse dat intelligere; è quibus una est inclinans, ipsum
scilicet malum originarium, seu malo hoc depravata & corrupta homi-
num natura, in ea, quæ Lege Dei prohibentur, propendens, quin & quo-
dammodo imperans. Ex quo alibi Apostolus noster malum seu peccatum
hoc nominat legem in membris suis, repugnantem ligi mentis suæ & ca-
ptivantem se in lege peccati, quæ est in membris suis Rom. 7, 23. Altera
eag; proxima & verè sufficienterq; efficiens est in unoquoq; homine
τὸ θέλημα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν ἡανοίων, voluntas carnis & cogitatio-
num; ipsum scilicet in homine τὸ ἀντεζῆσιον, cum is à concupiscentia
sua prava, tum Diaboli & mundi illecebrofis tendinibus, schematis &
exemplis tentatus, attractus & illectus libere & sponte iis consentiens*

in peccatum vult: sicq; sui peccati non immediata tantum, sed & propria
existit causa. D. Johannes Gisenius, Professor primum Giessensis,
hinc Argentoratensis, in Defensione Catechismi Lutheri Disp. II.
th. 63: Duplex est concupiscentia vitium, originale vitiosos affectus deno-
tans, & actuale vitiosos affectus cum consensu conjunctos significans.
D. Conradus Dietericus in Institutionibus de Peccato: Errant pecca-
tum (in genere) desinientes affectionem malam voluntariam. Est enim
definitio augustior competens tantum in specie peccato actuali. D.
Abrahamus Calovius in Theologia Romana Oraculo 56, §. 6: Quod
Rom 6, 6 destructum in iis (renatis) corpus peccati, id est, peccatum
ipsum pbrasi Hebraea dicitur, id vel de actualibus peccatis intelligendum;
vel de concupiscentia originali, quod κατὰ φύσιν irrita reddita sit, ne
erumpat, ne regnet, ne cogat eos ad obsequium pro lubitu, hoc est, de ori-
ginali concupiscentia, in quantum eadem operosa est per actualia pec-
cata, quandoquidem tota illa dissertatione adhibeat Apostolus ea verba,
quibus actualia peccata designantur, quae obsequium praestatur con-
cupiscentiis, quae membra sistuntur arma iniustitiae, & in genus
alia. Ita hac de re judicant & caeteri. Quod si autem aliqui interdum
negant, peccatum actuale omne esse voluntarium, intelligunt id de eo,
quod pure voluntarium est, sive ex plenè ac perfectè deliberato con-
silio proficiscitur. Id enim ἀπο λῶς καὶ μάλιστᾳ voluntarium est, ut
ipsimet antè docuimus: vocabula autem, quae dicuntur καὶ ὁρῶτε ἔργον
καὶ ὕστερον, absolute posita accipi debent in significato potiori. Ita
usurpat vocem voluntarii D. Balthasar Meisnerus Decade I. Anthro-
polog. Disp. 3. Quaest. 2 num. V, quando ait: Non omnia peccata sunt
unius generis, sed aliqua sunt infirmitatis, alia imperitiae, alia malitiae,
teste ipso Augustino lib 83. Quaestionum quaest. Et tamen omnia sunt verè
proprieq; dicta peccata, ex quo sequitur, non omnia esse voluntaria, nec
semper à sciente & volente commissa. Ubi apertè peccata voluntaria
vocat peccata malitiae: haec verò sunt, quae purè & simpliciter deli-
berato sunt consilio. Pertinent huc & illa D. Abrahami Calovii ex
Theologia Apostolica Romana Oraculo 55, §. 3. Distingvendum est id,
quod voluntarium est simpliciter, ab eo, quod deliberatum est. Illud

est ex sola rei representatione, in quam fertur voluntas, absq; disquisitione ampliori: hoc autem presupponit disquisitionem & consensum plenum voluntatis. Priori sensu voluntarium requiritur ad peccatum: hinc est, quod peccata non cadant in bruta voluntate destituta: posteriori autem sensu non requiritur, quia τὸ ἐκείνου (nempe πρῶτος ἢ δεύτερος ita dictum) non est in definitione peccati, suntq; peccata etiam ignorantia verè delicta Psal. 19, 17. Aut certè loquuntur de eo, quod in se voluntarium est, non in alio.

III. Jam si ad infantes recens natos hoc applicemus, manifestum est, quod nullo prædictorum modorum, quibus peccatum actuale circumscribitur, peccatum aliquod in iis dici queat voluntarium. Nondum enim cadit in illos usus rationis & voluntatis: modus autem rei rem ipsam præsupponit. Inde rursus nostratum pleriq; infantes illos tenellos à peccatis actualibus absolvunt. D. Lutherus in Postilla Ecclesiastica Concione super Evangelio in Festo Circumcisionis f. 166. fac. 1 ait: Zum dritten/warumb musste die Beschneidung geschehen am achten Tage? Da ist abermal die Natur Sünde gezeiget / denn das arme Kindle hat ja noch kein wirklich Sünde auff ihm / noch muß es beschnitten werden / und das Zeichen annehmen der Reinigung der Sünden. Hätt ers befohlen zu beschnitten nach 8. Jahren / möchte man sagen / es geschehe umb der gethanen Sünde / und zu vermeiden die künfftige Sünde. Nun lege er das beydes nieder / daß weder umb gethaner Sünde willen / noch umb der zukünfftigen willen geschehe / daß er am achten Tage beschnitten heist / ohn zweiffel / daß ein grösser Sünde da geboren und eingenaturt ist / den kein wirklich Sünde ist. D. Philippus Melancthon in Locis Theologicis Anno 1521 editis Articulo de peccato Originali: Si de suo uniuscujusq; peccato loquitur Apostolus (Rom. 5, 15) dicens unius delicto multos mortuos esse) cur pueri moriuntur, qui nondum admisserunt peccatum, quod vocant, actuale? Et cum non nisi per peccatum mors irrumpat, necesse est peccati pueros reos esse peccatumq; habere. At quod? Certè originale. Comm. in Epist. ad Rom. 5. Tom. 3. Oper. p. 977: Ait Apostolus, mortem regnasse etiam in eos, qui non peccaverunt secundum similitudinem transgressionis Ada. Id est, etiam infantes mori subjectos esse, tametsi non habeant actualia peccata. Nam Paulus no-

tantem

et inter peccatum vocat transgressionem. Hoc ideo dicit, ut confirmet primam propositionem, omnes esse reos. Si enim infantes quoque sunt subiecti morti, ergo habent quoddam peccatum: quia mors intravit per peccatum in mundum. Est igitur aliud peccatum præter actuale. Tom. IV. Oper. in Enarr. c. 5. ad Rom. p. 121: Complectitur Paulus (in verbis c. 5. In quo omnes peccaverunt,) uno nomine peccati, malum originale & actualia delicta. Ecclesia autem postea nominatim distinxit has species, quia fuit opus novæ appellatione, cum Pelagius contenderet, loqui Paulum tantum de actualibus delictis, & de exemplo Adæ. At Paulus affirmat intrasse peccatum propagatione. Expressè enim inquit: Propter inobedientiam unius, peccatores sunt alii. Item, Propter unius delictum, condemnatio pervasit in omnes. Est ergo aliquod propagatum peccatum, cuius pœna est mors, etiam in his, qui non habent actualia delicta, ut in infantibus. Nam si nulla esset propagatio peccati: non posset dicere Paulus, ceteros propter Adam habere peccatum. Expressè igitur dicit: Mors pervasit in omnes, quia omnes peccaverunt, seu omnes habent peccatum, scilicet pravitatem propagatam & reatum. Phrasisenim Ebraea consideranda est, in qua verba non tantum significant actiones, sed sæpè aliquid habituale. Peccaverunt, id est, habent peccata: & in vocabulo peccati, intelliguntur pravitas & reatus: quia hic Paulus utrumque complectitur. Citat hæc Melanctonis verba & D. Christophorus Pezelius Parte 3 Argumentorum & Responſionum Theologicarum Articulo de peccato Originali pag. 427 Rursus in Actis Wormat: itidem Tomo IV Operum p. 664, scribit Melancton: Sentimus eos (infantes) in baptismo fieri filios Dei, accipere Spiritum sanctum, & manere in gratiâ tam diu, quoad non effundant eam peccatis actualibus eâ ætate, quæ jam est rationis compos. Morbus autem qui adest, non est capitale, sed remissum & condonatum peccatum. D. Urbanus Regius Ecclesiarum Luneburgicarum Superintendens in Explicatione Catechismi de Baptismo: In der Tauffe wird den jungen Kindlein erlassen die Erbsünd/ denen aber die älter zur Tauff kommen/ beyde die Erbsünd und die wirkliche Sünde / die sie durch ihren eigen Willen oder Neigung und Thun zu der Erbsünd gethan haben. D. Johannes Brentius Professor Tubingensis Comment. in cap. 5. Epist. ad Romanos Tom. VII. Operum: Præterea cum ait: Regnavit mors in eos quoque, qui non peccaverunt

verunt ad similitudinem transgressionis Adæ, non obscure docet, quid de morte infantium sit sentiendum. Solent enim non tantum adulti, verum etiam infantes mori. Et multi infantes miserè perierunt diluvio & incendio Sodoma: ac alii multi in bellis ac aliis casibus crudeliter interficiuntur & horribiliter intereunt. Possent igitur à Deo quispiam Deum accusare crudelitatis, qui immaniter affligeret innocentes pueros, qui nondum quicquam mali designarunt. Sed hoc loco discimus, quid sit peccatum infantium. Infantes enim etsi non habent peccatum, quod vocant actuale, habent tamen peccatum, quod vocant originale, quod est omnium aliorum fons & scaturigo. D. Matthias Flacius Illyricus Professor Jenensis in Clavi Scripturæ, in voce Dextera: In fine Jona dicit Deus, esse in Ninive plusquam duodecim myriades, quæ nesciant discrimen inter dexteram & sinistram suam: id est, parvi ac omnium verum ignari pueri & infantes, eoque etiam innocentes. Rursus in voce, Peccatum: Rom 5 (dicit Apostolus:) Peccatum regnavit in mundo usque ad legem, id est, etiam ante Moysen, originalis illa pestis & corruptio grassata est, & perdidit homines, atque adeo pusillos infantes, qui nondum propriè peccata actualia habuerunt. Et in voce, Similitudo: Regnavit mors, ab Adam usque ad Moysen, in eos quoque, qui non peccaverunt ad similitudinem transgressionis Adami: id est, qui non peccaverunt simili transgressionem Adami, nempe peccato actuali. Porro in Agendis Marchiacis Lipsiæ Anno 1552. impressis, Parte secundâ, in Explicatione 9 & 10. præcept. hæc leguntur verba: Darumb solt ihr das meine Kindlein mit allem Fleiß mercken und wol in das Herz bilden / daß gelüsten Sünde ist / und alle Menschen auff Erden / auch die Kindlein in Mutterleibe sind nicht ohne Lust / darumb sind wir auch alle Sünder / und niemand ist unschuldig für Gott. — Das ist aber gewißlich war / daß solches wenig Leute verstehen / denn die Vernunft begreiffst nicht / daß die Kindlein von der Lust wegen auch Sünder sollen seyn / sondern sie meinen / die weil sie noch kein böß Werck thun / so seyn sie rein und unschuldig. Ipsum Corpus Doctrinæ Prutenicum jussu Serenissimi Ducis Alberti, Marchionis Brandenburgensis gloriosissimæ memoriæ Anno 1567. confectum & ab universis Ducatus hu-

ius Ordinibus tam Politicis, quam Ecclesiasticis unanimi & constanti consensu receptum & approbatum, in articulo de peccato originis & libero arbitrio: *Ex hac corrupta, inquit, depravatione, que una cum natura hereditario à parentibus ad nos transmittitur, fit, quod omnes sumus peccatores seu peccato infecti, illo ipso momento, quando primum in utero materno concipimur, priusquam actione aliquà legem transgrediamur, Rom. 5. Psalm. 51, atq; ita natura, ac in ipsa primà origine sumus filii iræ Eph. 2, quibus regnum cælorum occlusum est, quod videre non possumus, nisi toti denuò renascamur, Jobann. 3.* In Corpore Doctrinæ Saxonicæ iussu Johannis Wilhelmi Ducis Saxonie instructo & Jenæ excuso Anno 1571 ex Lutheri Tractatu de Baptismo hæc repetuntur verba: *Ein junges Kind hat kein sonderlich Untugend an sich / wo es aber erwechset / so wird es unzüchtig und unkeusch: kompt es zu seinem vollen Manns alter / so gehen die rechten Laster an.* D. Martinus Chemnitius Theologus Brunsvicensis Parte 1. Locorum Theologicorum articulo de peccato originis c. 3. Num: 1: *In verbis Pauli (Rom. 5, 12, 14.) tertio describitur reatus, quod sit non tantum mors corporalis, sed regnum mortis, iudicium condemnationis &c. Illa enim sunt Pauli verba. Itz autem connectit: Ubi cunq; est mors, ibi necesse est esse peccatum. Sed mors regnat etiam in infantes. Ergò necesse est eos habere peccatum. Non autem habent in similitudine prævaricationis Adam. Ergò originale. Ast quod hîc peccatum vocat in similitudine prævaricationis Adam, paulò ante actualiter vocaverat. Quærit enim ibi, num verbum, peccare, in dicto loco Pauli significet actionem, an habitum. Et respondet: Certissima ratio sumere interpretationem ex ipso contextu. Paulus enim postea verbum, peccaverunt, exponit, peccatores constituti sunt, & dicit peccasse non in similitudine Adæ. Atqui Adæ actualiter peccavit. Ergò peccare in isto loco Pauli non simpliciter significat actionem. Hæc sunt vera & solida. Rursus Num: 3. verba Davidis ex Psal. 51, v. 7, & Jobi c. 14, 4, considerans: Testimonia, inquit, hæc ostendunt — quod ipsi etiam infantes, qui nondum peccare possunt in similitudine prævaricationis Adæ (id est, actualiter, ut ante declaraverat) naturà sint constituti peccatores & filii iræ. Deniq; & c. 6. Num: 4, expendens ista loca Deut. 1, 39, Parvuli ignorant distantiam boni*

boni & mali, & Jon 4, 11, nesciunt, quid intersit inter dextrum & sinistrū,
ait, loqui illa de peccato ACTUALI. Hoc ergò non cadit in parvulos.
D. Ægidius Hunnius, Professor Witebergensis, in Tractatu de Sacra-
mentis c. 12. Tom. 1. Operum: Pervasit mors etiam infantes, ob hoc
ipsum, quia peccaverūt, licet non actualiter, originali tamen perversi-
tate, quam è parentibus trahunt. Et Comment. in c. 5. Epist. ad Roma-
nos Parte 2. Tom. IV. Operum: Et si infantes, non ita, ut nos adulti,
peccent actualiter, tamen originali vitio sunt infecti; & hac de causa
morti quoq; obnoxii. Et postea in Locis Communibus Loco V: Cum
mors etiam dominetur in eos, qui actualiter nondum peccant, nempe
in infantes: sequitur certe, eos propter originis vitium dominio mortis
esse subjectos. Deniq; in Disputationibus Theologicis Disput. 20, quæ
est de peccato originis th. 24. seqq. Tom. V: Dari peccatum originis —
patet amplius ex effectu peccati originis. — Mortem esse stipendium
peccati, & vicissim peccatum esse mortis aculeum, Paulus asserit Rom. 6
& 1. Cor. 15. Jam moriuntur etiam infantes, à peccatis actualibus ad-
huc immunes. Propter peccatum originale ergò moriantur ne-
cesse est. D. Jacobus Heerbrandus Professor Tübingensis in Com-
pendio Theologiæ Loco de Baptismo: Manetne, an verò tollitur pec-
catum in baptismo? Manet ipse morbus, id est, peccatum originis
vel concupiscentia, & sic radix mali, in homine etiam renato, nec
tollitur ex natura, sed tollitur reatus, id est, condonantur peccata o-
mnia in baptismo, & originale, & actualia, si quæ sunt, ut in
adultis, commissa, & in profundum maris abjiciuntur. D. Salo-
mon Gesnerus Professor Witebergensis Disputatione tertia
pro libro Concordiæ th. 1. Num. 11. ex verbis Apostoli Rom. 5,
12. tale ad confirmandum peccatum originis necit argumentum:
Per Adamum ejusmodi peccatum in mundum intravit, quod omnibus
hominibus commune est. Sed id peccatum, quod quis actu committit, non
omnibus commune est. Siquidem infantes actualia peccata non-
dum possunt committere. Ergò præter peccata actualia erit aliquod
peccatum, ipsa propagine ab Adamo in universos transfusum. Et postea
ait: Quod si mors in omnes pervasit, inq; infantes etiam, qui ad delicta
B 2 actualia

actualia nondum naturas animi corporisq; vires habent, eadusam
quoq; mortis illinc in omnes transisse oportet, nisi Deum in iustitia &
& crudelitatis arguere velimus, qui insontes quoq; mulctare non dubi-
cet. Deinde usq; adeo dominata est mortis tyrannis, ut in eos quoq; iusto
Dei iudicio imperium & vim exercuerit, qui non peccarunt simili &
actuali transgressione divinorum mandatorum, sicut Adamus. D. Po-
lycarpus Lyserus, initio Professor itidem Witebergensis, tandem au-
tem Concionator Aulicus Dresdensis in Concionibus Catecheticis,
quarum inscriptio ita habet: Ein Erklärung des Christlichen Catechi-
smi Herrn D. Martini Lutheri in 8. Predigten also gefasset/ daß darinne
nen einfältig geweiſet wird/ in welchen Stücken desselben die Evange-
listischen und Papisten mit einander streitig oder einig sind/ Concione
7. pag. 345, 346: Und daß die Erbsünde auch nach der Tauffe in der
Natur noch vorhanden bleibe/ das wird erweiſet dadurch/ daß viel kleine
Kindelein bald nach der Tauffe sterben / noch ehe sie mit würcklichen
Sünden sich groß besrecken. Denn allbar stellet Gott/wie David res-
det/die unerkannte Sünde ins Licht für sein Angesicht. Die unerkannte
Sünde aber ist Adams Sünde / damit der Todt verdienet ist für alle
Adams Kinder / und wird billich die unerkannte Sünde genennet /
diweil die Welt solche Sünde nicht erkennet. Aber Gott
siehet sie/lest derwegen den Kindern den Sold derselben wiederfahren/
und wil / daß auch wir dieselbe erkennen sollen. D. David Löbechius,
Professor Rostochiensis, Disp. 4. in Aug. Confess cap. 2. th. 32: *Quod*
verò David Psal. 106, 38: infantium sanguinem innocentè pronunciat, id
nestra sententia non adversatur: id enim non respectu originalis propaga-
tionis, secundum quam nemo est innocens aut mundus: sed respectu deli-
torum actualium est intelligendum: quia sanguis illorum non effunde-
batur ob perpetrata scelera, quibus mortem pro meriti essent. D. Paulus
Tarnovius, Professor & ipse Rostochiensis in Disp. de Peccato ejusq;
speciebus, respondente Johanne Hagenovio art. 2. de Peccato Origi-
nis, inter alias rationes, quibus peccatum originis probat, & hanc
num. II. affert, quæ in ordine sexta est: *Qui mortis juri sunt subiecti, ii*
quoq; peccato sunt infecti Rom. 6, ult: Stipendium peccati mors. At omnes su-
mus mortis juri subiecti, adeò ut nec infantes sint exempti, id quod exem-
pla eorum, qui vel in utero, vel in partu, vel post moriuntur, antequam
assumant

usum rationis assequuntur & peccata actualia perpetrant. Ergo omnes
sumus peccato infecti. Et num. 5: *Odisse Deum, fugere Deum, nimirum
actu, cadit in eos, qui rationis usum habent: hoc quia infantes destitu-
untur, actuale peccatum iisdem tribuere non solemus.* D. Albertus
Grawerus Professor Jenensis in Prælectionibus Academicis in Au-
gustanam Confessionem Articulo de Peccato Originis pag. 226: *Qui-
cunq; nascitur siue naturâ est filius iræ, is etiam naturâ est peccator. Cum
autem infantes PECCATUM ACTUALE NON HABEANT, quando
nascuntur, & tamen sint naturâ filii iræ, sequitur quod in illis sit pecca-
tam originale & quod corruptam seu depravatam naturam ex utero
materno secum adferant.* Et pag. 330: *A conceptione — homines
peccato actuali non sunt polluti. Ergo peccato originali: siquidem
immundi sunt.* Rursus pag. 267. & 268: *Infantes non simpliciter & ab-
solutè sunt innocentes, sed tantum respectu certi alicujus delicti vel
culpe actualis, vel ratione injusti judicii & injustæ mortis violentæ. In
Dei autem judicio propter naturalem cordis pravitatem & defectum
justitiæ originalis innocentes non sunt.* Et pag. 268: *Falsum est, quod in
infantibus non sit pravariatio legis. Ubicunq; enim est defectus justitiæ
originalis, quæ adesse debebat, ibi etiam est pravariatio Legis, licet non
sit actualis.* Porro in Supplemento ex Islebicus pag. 289: *Paulus in-
quit in Epist. ad Rom. 5. v. 12: Per unum hominem peccatum intravit in
mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors transit,
in quo omnes peccaverunt. Et Eph. 2. v. 3. inquit: Eramus unâ filii iræ, vel
per propagationem naturalem filiorum ex parentibus. Et 1. Job. 5. v. 19. de-
citur, totum mundum in peccato constitutum esse. Quis igitur infantes
excipiet? Infantes autem non habent peccatum actuale. Ergo habebunt
peccatum originis, cum in numero peccatorum à Scriptura collocentur.*
Et postea pag. 290, 291: *Si infantes non haberent peccatum originis,
quomodo quæso verum esset, quod Paulus inquit Rom. 6, 23: Stipendium
peccati mors est? Infantes namq; moriuntur: quicunq; autem moriun-
tur, sunt peccatores. Ita infantes etiam ante aetatem adultam, & ante-
quam peccata actualia committunt, erunt peccatores, & per conse-
quens contaminati erunt peccato originis.* Deniq; pag. 295: *Infantes di-
cuntur innocentes non simpliciter, sed secundum quid — respectu adul-*

torum hominum, qui non solum habent peccatum originis, sed etiam peccata multa actualia perpetraverunt, quælia peccata actualia in infantibus nondum reperiuntur. D. Theodorus Thummius Professor Tübingensis in Impietate Photiniana articulo de peccato originis num. 5. Quod opus habet regenerari, à peccatis abluì, & in Dei gratiam recipi, illud prius peccatis est pollutum. At omne natum ex carne, consequenter etiam infantes, opus habent regenerari, à peccatis abluì, & in Dei gratiam recipi. Ergò omne natum ex carne, & consequenter, etiam infantes, polluti sunt peccato. Non actuali, consentientibus Photinianis. Ergò originali, quod erat probandum. Num. 6: Ad quos pertransit mors, ad eos pertransit & peccatum. Mors enim (etiam corporalis) stipendium peccati. Atqui mors ad omnes homines pertransit, etiam infantes. Si hoc, quod dicas? actuali? at id non cadit in infantulum adhuc à matris utero calentem. Ergò originale, connata corruptio, quod infert nostram conclusionem. Et rursus: Quicumq; moriuntur, noriuntur eò, quod peccarint. Sed omnes homines, ipsi etiam infantes, moriuntur, eò quod peccarint. Si peccarunt infantes, aut actualiter, aut originaliter. Non illud. In eos enim non cadit. Ergò hoc. Et postea: Si de originali connata corruptione (verba Apostoli ex Rom. 5, 14. intelligenda sunt) ut multis placet Theologis, sensus planissimus; mortem regnasse ab Adam usq; ad Moysen etiam in infantes non peccantes ad similitudinem Adami actualiter, sed originali tantum infectos labe. Et post pauca: Infantes per etatem non peccare actualiter largimur, originaliter falsum aut saltem controversum est. Tandem in fine repetit argumentum: Ad quos mors pertransit, illi peccarunt. Mors enim ad omnes pervasit, eò quod omnes peccaverunt. Sed mors pertransit ad omnes homines, ipsos etiam infantes. Ergò peccarunt omnes, ipsi quoq; infantes. Hi, non actualiter. Ergò originaliter, connata infecti corruptione. Porro num. 8 hæc habet verba: Ipsa experientia clamat, omnibus hominibus, etiam infantibus esse peccatum. Non utiq; actuali. Ergò nature intimè coharens corruptio. Et num. 11 Quos tangit mors, illi peccarunt, & puniuntur, propter peccatum. Sed & infantes tangit mors. Ergò infantes quoq; peccarunt, & puniuntur propter pecca-

peccatum. Non autem peccarunt actualiter. Ergò in Adamo & originaliter. D. Johannes Winckelmannus Professor Giessensis Tom. 3. Disputat. Giessensium Disp. 12. th. 7: Tametsi actualia peccata recens nati infantes nondum commiserunt, omnes tamen contagium peccati in ipso utero materno contraxerunt, ut in eos sententia Apostoli competat Rom. 5, 12: In omnes homines mors pertransit, quia omnes peccaverunt. D. Balthasar Mentzerus Professor & ipse Giessensis in Exegesi Aug. Confess. art. 2. de peccato originis: Tum etiam morbi, calamitates, & ipsa mors etiam, locum habent in infantibus, qui peccata actualia non habent. D. Henricus Eckardi, itidem Giessensis, Tom. 2. Disputationum Giessensium Disput. 12, quæ est de peccato originali th. 39: III. v. 14 (Rom. 5.) Apostolus per expressam negationem (NON in similitudinem pravaricationis Adæ) peccatum actuale à parvulis removet. Unde peccatum, cujus rei sunt parvuli in infantia, & quod ipsos morti reddit obnoxios, non est in similitudinem pravaricationis Adæ. Pravaricatio Adæ fuit peccatum actuale. Ergò peccatum, cujus rei sunt parvuli in infantia &c. non est peccatum actuale. Th. 42: IV. v. 3. Mors est stipendium peccati. Infantes Legem nondum actualiter transgressos absument mors. Ergò in infantibus Legem nondum actualiter transgressis est peccatum. In sequentibus autem postquam ex Thoma I. 2. q. 82. art. 1. ostendisset peccatum originis non privationem saltem esse originalis justitiæ, sed & inordinatam dispositionem partium animæ, adeoq; corruptum quendam habitum, ad objectionem quandam, quam sibi ipsi moverat, th. 80. respondet: Nec est, ut quis objiciat, omnem habitum per actus sæpè iteratos comparari. Hic enim hujusmodi habitus intelligitur, quem ipsa natura nobis ingenerat, & tam profundè magis atq; imprimit, ut cum eo nullus alius, qui vel arte vel consuetudine acquiritur, comparari, nec in hac vitâ deponi, vel ejus aculeus nisi per mortem evelli possit. Legi potest Thomas I. 2. q. 82. a. 1. citans August. qui l. de Baptismo puerorum dicit, quod secundum peccatum originale sint concupiscibiles, etsi non sint actu concupiscentes. Rursus th. 118, concupiscentiam in regentis adhuc residuam, peccatum esse probat hoc argumento: Infantes etiam qui
jam

iam dum Christo per baptismum consepulti, & ex Spiritu renati sunt, praematuram morte peccato huic testimonium perhibere coguntur. Est enim illa stipendium peccati. In infantibus vero baptizatis & renatis non haeret aliud, quam quod ex utero nascentes secum attulerunt. Ergo aliud peccatum sic oportet. Idem Eckardus in Compendio Patrum loco supra citato sua quoque facit verba Augustini ex lib. 3. contra Julianum c. 5: Contagium originale si nullum esset, nulli profecto malo obstricti parvuli essent. D. Leonhardus Hutterus, Professor rursus Witebergensis in Locis Theologicis articulo 9. de peccato originali p. 307: Constat infantes quoque cum peccato nasci, in quos tamen neque factum, neque dictum, quin nec concupitum proprie loquendo cadit. Et Disp. 5. in Aug. Confess. de Peccato Orig. th 79, expendens locum ex Deut. 1. 39: Manifestum est Deum in infantibus nequaquam naturae bonitatem, sed etatis tantum conditionem commendare, quae licet culpam actuali eo modo, quo in adultis, careat, ipsum tamen defectum virium, quae haec prestare debebant, non tollit. D. Fridericus Balduinus, Professor & ipse Witebergensis, Comm. in Epist. ad Romanos quintum caput Parte 2. quaest. 4: Argumentatur Apostolus ab effectu; regnavit mors in eos, qui non actualiter peccarunt, sicut Adam, quales sunt infantes: ergo habent peccatum originis à primo parente in se propagatum v. 14. Et quaest. 6: Extinguuntur infantes tempore accepti baptismi actualia peccata praesertim ex habitu peccandi profecta, non faciunt, habent tamen didicisse peccandi, & baptismi effectus etiam ad ea tendit peccata, quae in adulta etate sunt subsequutura. Et in Aphorismis Aphorismo 8: Distinctio inter peccatum originale & actuale fundamentum habet in hoc loco. Dicuntur enim quidam peccasse non ad similitudinem praevaricationis Adami; praevaricatio autem Adami fuit actualis: dissimile igitur est aliquod peccatum actuale, quod vulgò originale vocatur, quia cum ipsa natura habet originem. D. Balthasar Meisnerus, et idem Witebergensis, Decad. 1. Anthropolog Disp. 5. quaest. 3. num. 6. Subdist. 3: Si perfigmentum cordis malum (Gen. 6, 5.) actualem tantum iniquitatem intelligas, quid hoc ad infantes? Sequitur ergo vel causam communem, & adeo, naturalem labem simul involvi, vel infantes absque omni culpa puniuntur.

ritos esse, quod impium. Proinde sic concludimus: Diluvii causa fuit peccatum. Infantes periére diluvio. Ergò propter peccatum. Non autem actuale. Nam tale quid obnegatum rationis usum committere non potuerunt. Aliud ergò præterea, nimirum originale, concedendum erit. Num 6. Subdivis. 4. ad Psal. 14, 2, 3: Aut intelligenda est originalis malitia, aut absurda, imò falsa est Prophetæ sententia. Si enim declinationem & à xpnsiav actualem intelligas, dici rectè nequit de omnibus, quod declinaverint. Sunt enim aliqui inter filios hominum, qui præceptis Ethicis imbuti à vitiis externis sibi cavent. Sunt pueri, sunt infantes, qui actualiter non peccant, & tamen filios hominum declinantibus annumerantur. Num. 9. in fine: Rectè peccatum originis dicitur occultum 1 quia occultis motibus & suggestionibus nobis semper molestum est. 2 quoniam à multis non agnoscitur. 3. quia intimè inheret, quamvis non sentiatur. Sicut enim catulis leonum ferocia innata est, quamvis lateat: sic infantibus malitia, licet manifestis actionibus se non prodant. Num. 10: Sic concludimus: David per peccatum, in quo se conceptum ait, aut actuale intelligit, aut originale. Atqui non actuale, quia ipso actu nondum peccare potuit in utero matris — Ergò originale. Num. 12 expendens locum ex Job 14, 4, Nemo mundus à sorde &c: Ex his concludimus, interiores animi sordes à Jobo intelligi. Ast quales? Num tantum actuales? Neutiquam. Nam adeò universaliter loquitur, ut ne unum quidem hominem, adeoq; nec infantem unius diei excipiat, ut habent LXX, in quos tamen actualia peccata non cadunt. Num. 20: Quò mors transit, eò & peccatum transit, quia mors per peccatum intravit. Atqui transit mors in omnes Adæ posteros, in ipsos etiam infantes, qui non minus moriuntur, quàm adulti. Ergò etiam peccatum. At verò infantes non peccant actualiter. Quare præter actualia concedendum est originale, quod parvuli trahant ex parentibus, & propter quod morti subjaceant. Tandem num. 38. respondens ad argumentum, quo Peccatum Originale destructum eunt Anabaptistæ: Infantes dicuntur innocentes Psal. 106, 38, nec fecisse aliquid boni aut mali Rom. 9, 11; quare peccato non sunt infecti: Visissim, ait, distingvendum est inter peccatum naturale & personale, inter malitiam & corruptionem ingeneratam. Priori respectu dicuntur innocentes, sed non posteriori.

G

posteriori.

posteriori. Malum quidem non faciunt, sua tamē natura infixum ha-
 bent.— Huc spectat illud Augustini lib. 1. Confess. cap. 7: Imbecillitas
 membrorum infantium innocens est, non animus infantium, Idem in
 brevi Confid. Theologiae Photinianae c. 5: Cuncti homines, etiam in-
 fantes moriuntur. Quare peccarunt vel peccato contaminati sunt, Sed
 non peccarunt actualiter. Ergo praeter actualia delicta necessario
 dandum quoddam originale, quod omnes inficiat. Non enim justa est
 poena, nisi quam praecessit culpa. Sed puniuntur infantes, dum per mortem
 abripiuntur. Ergo in iis quaedam agnoscenda est culpa, quae cum non
 sit actualis & volenter contracta, naturalem esse consequitur. Haec
 ille. D. Johannes Himmelius, Professor Jenensis, in Analyti Logico-
 Theologicae capituli noni Epist. ad Rom. v. 12: Esavum & Jacobum na-
 tivitati proximos, ait, nec boni nec mali quippiam egisse actu secundo.
 Quod repetit & postea scribens: Jacobo Esavum esse postpositum ante-
 quam mali quid fecerit, hoc intelligitur ratione mali operis considerati
 non in actu primo, sed actu secundo. D. Justus Feuerbornius Professor
 Giessensis, in Antioistorodo Disput. 31. th. 2: Falsum est, quod sola pec-
 cata actualia sint vera peccata. Nam peccatum in genere est ἀνομία
 1. Joh. 3, 4. At non tantum in actionibus nostris, sed & in ipsa nostra natu-
 ra, mente, corde &c. est ἀνομία & pravitas Gen. 8. & passim. Ergo & vi-
 tiositas pravitasq; nostrae naturae est verum peccatum.— Porro: Infan-
 tes quandoq; moriuntur sive in utero matrum suarum, sive statim post
 egressum ex illis, sive paulo post in infantia. At mors est poena peccati, verè
 proprieq; dicti Rom. 6, 23. Infantes igitur habent peccatum proprie &
 verè dictum. Non habent autem peccata actualia. Ergo haec sola non
 sunt peccata proprie verèq; dicta. Et th. 5: Peccatum originale est commu-
 ne omnibus hominibus ex parentibus naturaliter profeminatis, & non ipsa
 flagitia actualia, ut pote quae non cadunt in infantes, quae tales: &
 quodq; pii, quae tales, eis carent. D. Conradus Dietericus, Professor initio
 itidem Giessensis, hinc Ecclesiarum Ulmannarum Superintendens
 in Institutionibus Catecheticis, quae omnium penè teruntur mani-
 bus, atq; vel in ipsis trivialibus Scholis Studiose juventuti inculcan-
 tur, articulo de peccato originis, adversus Pelagianos vitium originis

in hominibus dari hoc argumento probat : *Omnes qui opus habent baptismo & moriuntur, habent peccata. Infantes opus habent baptismo & moriuntur. Ergò habent peccata. Ergò habebunt, aut actualia, aut originale. Non actualia, quia destituuntur usu rationis & voluntatis, quae sunt propria peccatorum actualium requisita. Ergò originale.* Et in Analyfi Evangel. Dominica Circumcisionis Domini Parte 2, Observ. 4. de parvulis ab Herode occisis differens : *Quamvis, inquit, in sensu Politico innocentes sint & dicantur (infantes illi) comparatè scilicet, respectu peccatorum actualium, hominum item aliorum, & imprimis Herodis, quem ne tantillum offenderant : in sensu tamen Theologico coram Deo innocentes non sunt, ut originali peccato corrupti. Coram ipso etiam innocens non est innocens Exod. 34, 7. D. Johannes Gerhardus, Professor Jenensis in Locis Theologicis Articulo de Peccato originis §. 65. similiter loca illa Psal. 106. v. 38, ubi infantes pronunciantur innocentes, Jon. 4, 11, ubi non distinguere posse dicuntur inter dexteram & sinistram, & Rom. 9, 11, ubi nondum nati pueri neq; boni quippiam perhibentur fecisse, nec mali; ait comparatè esse intelligenda respectu actualium peccatorum, non autem respectu originalis. Et in Disputationibus Ilagogicis Disput. 24. de Peccato originis num. 14, considerans verba illa Apostoli ex Rom. 5, 12, Per unum hominem peccatum introivit in mundum &c. scribit: *Observa — diserte addi, quod mors, quae peccati est stipendium, regnaverit etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adæ v. 14. Ergò non agit de actualibus peccatis, quale fuit Adæ, sed de originali, propter quod omnes morti sunt obnoxii.* D. Jacobus Martini Professor Witebergensis in Synopsi totius Religionis novorum Photinianorum c. 19. num. 19. probat Mosen verbis illis Gen. 65. *Figmentum &c. non loqui de peccato actuali, sed originis. De ejusmodi enim, inquit, loquitur peccato, quod est hominibus post lapsum commune: nempe quod est in corde hominis, quod subjectum commune est & generale. 2. Quod est in omni etate, non tantum virili, juvenili, puerili, sed etiam infantili, nempe quod est in omni vite humana die: proindeq; in infantia quoq; diebus. Ergò peccatum actuale in his locum non habet: aliàs argumentum esset nullius valoris. Et num. 35. ita argumentatur: Ubi est esse-**

Etus adequatus (peccati) ibi quoque proxima eius causa esse necesse est. At qui verò mors adequatus effectus peccati regnat quoque in infantibus, qui sepius in utero adhuc materno contenti extinguuntur: sepius in ipso partu moriuntur: sepius quando in lucem editi sunt, morte abripiuntur. Ergo oportet etiam in ipsos juxta verba Apostoli peccatum introiisse, aliàs mori non possent. At de illis dici nequit, quod habeant peccata actualia. Ergo in illis erit originale peccatum. D. Michael Waltherus Professor olim Helmstadiensis, & hinc Ecclesiarum per Ducatus Cellensem & Grubenhagensen, nec non Comitatus Hojensē & Diepholtanum Superintendens Generalissimus, in Harmonia Biblica ad cap. 5. Epist. ad Romanos v. 12: Per peccatum (in verbis Apostoli) dicimus intelligi commune istud & naturale malum omnibus hominibus intimè implantatum, 1. quia aperte innuitur, illud in omnes propagari siquidem omnes illo dicuntur infecti; quod de actuali verum non est. 2. quia pœna ejus, mors videlicet, omnibus est communis, etiam infantibus, qui tamen actualiter non peccant. Et hinc citat verba Feuerbornii ex Disput. Antiostorod. th. 2. ante à nobis adducta. Et circa finem: Si moriuntur omnes homines, quia omnes peccarunt, & certum est, infantes alio materno adhuc inclusos aliquando mori, quos tamen **NULLO PECCATO ACTUALI** infectos esse, sat constat, quis non hinc de facili concluderet, quod præter peccatum actuale detur etiam peccatum quoddam congenitum. Et in fine: Dividit Apostolus universum genus humanum in duos velut ordines, ita ut quidam homines peccent actualiter, more & modo Adami, contra legem cognitam, alii verò peccent quidem, sed originaliter, & ex occasione transgressionis Adami. Et in hoc posteriori peccantium ordine sunt infantes, qui licet usu rationis præditi nondum sunt, nec legem scientes ac volentes violant, nascuntur tamen caro de carne & morti sunt obnoxii, non ob actualem legis transgressionem, sed ob congenitam totius nature corruptionem. D. Reinhardus Backius Metropolitanæ Magdeburgensis Ecclesiæ Pastor in Psalm. 51, expendens verba Davidis, Ecce in iniquitatibus conceptus sum: Rectè, inquit, concluditur: David per peccatum, in quo se conceptum ait, aut actuale intelligit, aut originale. Non actuale, quia in utero matris
ipso

ipso actu peccare nondum potuit. Er. D. Coelestinus Mislenza Pro-
 fessor in hac Academia & Pastor Ecclesiae Cathedralis, Disputatione
 IIX. Collegii Corporis Doctrinae Prutenicarum Ecclesiarum Sect. 2.
 §. 3. sic adstruit peccatum Originis: *Psalm 51. v. 7.* (David ait:) *Ecce in
 iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis me concepit mater mea. Ubi
 duo probè sunt observanda. 1. de quolibet nostrum posse dici, quod in pro-
 prio peccato concipiamur & nascamur, exemplo Davidis. 2. peccatum
 illud non esse actuale; tale enim non cadit in infantes. Ergò erit
 originale.* Et §. 8. pergit idem confirmare ex Eph. 2, 3: *Eramus naturà
 filii iræ, sicut & ceteri, ita inde colligens: Qui nascuntur filii iræ naturà,
 nascuntur in peccato, ira quippe Dei præsupponit culpam & reatum. Jam
 verò omnes homines naturà nascuntur filii iræ. Ergò omnes nascuntur
 in peccato. Non in actuale.* E. Gemina his habet & D. Bernhardus Der-
 schovius, Ecclesiae Palæopolitanae Pastor, in Disputatione de Immor-
 talitate hominis primante lapsum κατὰ γενεάν, Respondente
 M. Martino Woldero, qui illi in Pastoratu postea successit, Argumèto
 2. th. 12. expendens locum Pauli ex Epist. ad Roman. 5, 12, *Per unum ho-
 minem peccatum intravit in mundum &c: De ea morte, inquit, κατὰ γενεάν
 & principaliter loquitur Paulus, quæ in omnes regnat, etiam in infantes,
 qui in similitudinem prævaricationis Adæ, id est, actualiter non pecca-
 runt, ut constat ex c. 5. v. 14: Et num. XIV. ad modò citatum locum ex
 c. 5. Rom. v. 14: Dividit, ait, Apostolus universos & singulos homines pri-
 mum in eos, qui peccarunt ad similitudinem transgressionis Adami, hoc
 est, qui propriis actualibus peccatis divinam in se ultionem volun-
 tariè concitarunt, sicut Adam; deinde in eos, qui ad eam similitudinem,
 hoc est, ACTUALITER non peccarunt, utpote infantes, qui tamen &
 ipsi ab Adam (quippe in lumbis ejus existentes) traxerunt originale pec-
 catum. D. Abrahamus Calovius, Professor antehac itidem Regio-
 montanus, hinc Dantiscanus, nunc Witebergensis in Theologia
 Apostolica Oraculo 44. ad c. 5 Epist. ad Roman. v. 12. §. 1: *Habemus
 hic peccatum primum, quod vocamus tum actuale, inobedientiam pri-
 mi hominis, non ab ipso tantum, sed à toto genere humano in ipso commis-
 sam, quod explicat cum primis vers. 19: Per unius hominis inobedientiam
 multi constituti sunt peccatores (s. omnes; tum originale, quod hæredita-
 rio**

ris acceperunt omnes homines à primis parentibus, quoque infecti sunt, & ij, qui ipsi non peccant actualiter vel ad similitudinem transgressionis Adæ vers. 14. Habemus & mortem ut peccati stipendium debitum omnibus hominibus non tantum iis, qui actualiter peccarint ἀπὸ τοῦ ἁμαρτωλοῦ immediate & in propria persona, sed qui etiam eo pacto non delinquent v. 14. nec saltem ob peccatum in primo parente designatum, ut vers. 12. docet Apostolus, Et §. 3: Si omnes peccarunt, aut in propria personâ peccarunt, aut in primo parente peccasse intelliguntur. Nam aut suo, aut alieno peccato deliquerunt, & si non suo, sed alieno tantum & in persona alterius, planum est, non immediatorum parentum, sed primi parentis personam intelligi, utpote de cuius lapsu differit Apostolus, At non omnes in propria persona peccaverunt, teste Apostolo. Ergò in primo parente. Rursus; In Adamo peccarunt omnes vel imitatione, vel participatione culpa. Non illud, quia imitatio in infantes non cadit, qui tamen peccati, ut & pœna mortis obnoxii. Ergò hoc, quod nempe omnes ejusdem culpa Adamica rei sint & participes. Plura ejusmodi testimonia etiam ex aliis adduci possent, si angustia chartæ permitteret.

IV. Nec contrarium evincit, quod nostrates tamen passim motus aliquos inordinatos etiam in infantibus recens natis admittunt. Nam primò iidem multò magis motus in ordinatos in adultis, etiam regenitis, agnoscunt, quibus isti & actu ipso ad agendum id, quod legi Dei adversum est, sollicitari se quotidie experiuntur, & tamen, quamdiu invitis iis illi obrepunt, non consentiente in eos voluntate, ad peccatum Originis eos pertinere communi illi consensu docent. Neq; id mirum. Si enim motus hujusmodi actualia peccata essent, tum voluntarii essent saltem uno aliquo illorum modorum, quos num. II. recitavimus; magisq; actualiter peccarent, & consequenter plus aliis quoq; puniendi essent, illi, in quibus motus hi sunt intensiores: alii intensissimi sapius sunt in sanctissimis, quod testatur experiëntia. Sunt sanè ejusmodi motus prava conversio ad carnalia, actualis prava cupiditas, inobediëntia in voluntate, amor nostri inordinatus, & multiplex prava inclinatio atq; in corde contumacia contra rectum iudicium mentis, contumacia appetitionum, pravi sensus & cogitationes: & tamen hæc omnia, quamdiu consensum voluntatis

tis

tis nondum habent conjunctum, ad ipsam originis labem ab Apologia Augustanae Confessionis, Philippo Melanchtone, & Formula Concordiae reduci in ipsa Exercitatione num. XV. ostendimus. Quibus hic & alia ex nostratibus testimonia addere possumus. D. Martinus Lutherus in Postilla Ecclesiastica Concione super Evangelio in Festo conceptionis Mariae fol. 16, fac. 1 scribit: Gott hat uns geboten das Vater Unser zu beten / auff das wir uns täglich übeten im Glauben und Gebeth / und ruffen allezeit seine Gnade wider die Erbsünde / denn so lange wir hie leben / sind wir nicht ohne Sünde / es bleiben noch allezeit böse Lüste und Begierde in uns / die uns zu Sünden reizen / wider welche wir streiten und sechten müssen (1. Epist. 2.) Et postea: Derhalben so oft du fühlst daß du gereizet wirst zur Ungedult / Hoffart / Unkeuschheit und zu andern Sünden / so oft soltu wissen / daß du fühlst tödliche Pfeile der Erbsünde / welche der Teuffel in Adams Fleisch / daher deins geböhren ist / geschossen hat / und solst alsobald gedencen / daß du diesen Pfeilen widerstehest / und bittest den Herrn Jesum / daß diese Sünde nicht überhand nehme / und dich überwinde / sondern daß sie durch seine Gnade überwunden werde. Et in Expositione Baptismi: Was ist der alte Mensch? Das ist er / so uns angebohren ist von Adam / zornig / hässig / neidisch / unkeusch / geizig / faul / hoffärtig / ja ungläubig mit allen Lastern besetzt / und von Ari kein gutes an ihm hat. Wenn wir nun in Christi Reich kommen / sol solches täglich abnehmen / daß wir je länger je milder / gedültiger / sanfter / mütiger werden / dem Geiz / Haß / Neid / Hoffart je mehr abbrechen. — Das ist der rechte Brauch der Tauffe unter den Christen / durch das Wasserauffen bedeutet. Wo nun solches nicht geht / sondern dem alten Menschen der Zaum gelassen wird / daß er nur stärker wird / das heißet nicht der Tauffe gebraucht / sondern wieder die Tauffe gestrebet. Denn die auffer Christo sind / können nicht anders thun / denn täglich ärger werden. — Denn der alte Mensch gehet in seiner Natur un-auffgehalten / wo man nicht durch der Tauffe Krafft wehret und dämpfet. Hæc ibi Lutherus, quæ verba cum integro illo Tractatu inserta reperiuntur & Corpori Doctrinae Saxonicae 1571 Jenæ excuso fol. 84. fac. 1. D. Philippus Melancton in Epist. ad Romanos c. 5. Tom. III. *Quare existunt disensiones de peccato Originis? Quia homines non vident*

dent immunditiem cordis, sc. illa peccata, dubitationem de Deo, vacare metu Dei, fiducia, dilectione, habere horribiles impetus adversus legem Dei. Hac vitia non vident ac multo minus vident esse peccata. Ideo fingunt impiè nihil esse peccatum originis. Justus Jonas in Compendio Doctrinæ Germanico impresso Wittebergæ Anno 1537. Articulo de Peccato fol. 44 & 45: Wiewohl menschlicher Wille etwas vermag in den Dingen / welche der Vernunft und den Sinnen unterworfen seyn / als eufferliche gute Werck zu thun / Frömmkeit und Redlichkeit zu erzeigen / so ist doch durch Adams Fall auff den Menschen geerbt / und der ganzen Natur angeboren / die greuliche Blindheit. daß die Menschen (ohne regierung des Geistes) von Gott nichts rechts wissen / an Gottes Güte und Gnade zweiffeln / wider seinen Willen bitterlich murren. — Item, so mancherley hefftige / geschwinde Brunst / menschliche Lüste / Ehrgeiz / Geldgeiz / da wir Gottes so gar zu grund vergessen / und zu menschlichem fleischlichem Trost so emsig / so ungehalten eilen. Et postea fol. 54 & 55: Nie / so wir von der Erbsünde reden / müssen wir auch reden von der Neigung und Lüsten menschliches Herzen. Es sind Neigungen am Menschen — die stracks wider Gottes Gebot und Befehl sind / als eines frembden Weib / Kind / eines andern Geld oder Gut begehren / ein andern hassen / neiden / zorn / Ehrgeiz / Hoffart / ungedultig murren / zürnen / und verbittert seyn wider Gott / und solches sind die rechten bösen Früchte der Erbsünde / und sind erst nach Adams Fall der Natur angeboren / und eitel Früchte des alten Adams / und Fleisches / und wenn Adam nicht gefallen wer / so wer solche Verbitterung und solche Bosheit in keines Menschen Herzen gewesen. Et in articulo de discrimine inter peccatum mortale & quotidianum fol. 146: Tödlich Sünde (nempe in ac per se,) das ist / Sünde ewiges Verdammniß und ewiges Todes schuldig (sol man wissen) sind nicht allein eufferlich böß Werck sondern auch die Seuche und Erbsünde / so uns nach Adams Fall auß Mutter Leibe angeboren wird / als nehmlich daß alle Menschen ohne Gottes Erkantniß / ohne Gottesfurcht sind / im Herzen zweiffeln / ob Gott auch unser achte / ob er auch auff uns sehe / unser ruffen und Gebet erhöre. Item daß wir aller bösen Lust voll sind. D. Johannes Brentius in Ex-
plic.

plie. Catechismi de Baptismo fol. 36, fac. 2: Unser Natur halben sind wir nicht selige/ sondern gar unselige und verdampfte Leute. Denn da Adam unser erster Vater im Paradis Gottes Gebot nicht hiette/ und sich an Gott versündiget/ brachte er mit ihm zu Fall das ganze menschliche Geschlecht/ und zum ersten sind mit ihm alle seine Nachkommen in die Sünd gefallen/ also/ daß alle Menschen in Sünden empfangen und gebohren werden. Denn weil Adam umb der Sünden willen den heiligen Geist verlohren hat/ mangelt nun alle seine Nachkommen des H. Geistes. Wo aber der H. Geist nicht ist/ da ist auch keine Erkänntis Gottes/ da ist Zweifel/ Unglaub/ falsch Vertrauen. Haß gegē Gott/ Verachtung Gottes / des gleichen auch Haß und Verachtung des Nächsten / daher als auß einer Quellen alle eufferliche Laster stießen. Durch einen Menschen / spricht Paulus / ist die Sünde in die Welt kommen/ und durch eines Menschen Ungehorsam sind viel Sünder worden. Porro Agēdæ Mecklenburgēses, impressa Wittebergæ Ao 1552, f. 13 inquit: Erbsünde ist von wegen der Ubertretung Adams und Heva / und von wegen der angebohrnen Blindheit von Gott und bösen Neigungen/ die in uns durch denselbigen Fall kommen sind/ in Gottes Ungnaden seyn/ und ist die Sünde in allen Menschen/ die auß Männlichen Samen natürlicher weise gebohren werden / und sind darumb alle in Gottes Ungnaden/ und ewiglich verdampft/ welche nicht durch den Herrn Christum Vergebung der Sünden erlangen und wiedergeböhren werden. Denn wie Adams und Heva Natur nach dem Fall zerstöret ist / also sind ihre Kinder und alle Menschen / die natürlicher weise gebohren sind/ hernach zerstöret / sind nicht Gottes Wohnung/ sondern sind voll Zweiffels von Gott/ voll böser Neigung/ und diese Blindheit und unordentliche Neigung streiten wider Gott und sind Sünd/wie Paulus außdrücklich spricht Rom 8: Fleischlich gesinnet seyn/ ist eine Feindschafft wider Gott/ darumb so der Mensch nicht Vergebung erlanget durch Christum/ bleibet er von wegen dieser Sünden im ewigen Zorn/ Straff und Verdammis. Er fol 14. In der verderbten Natur ist noch viel Zweiffels und unordentlicher Klammern. Repetuntur hæc etiam in Agendis Oldenburgensibus Anno 1573 Jenæ editis lit. E ij. fac. 2. Johannes Rivius Atthendoriensis Theologus, ut inscriptio Operum ipsius habet, perfectissimus, qui Anno

D

1553

1553 obiit, lib. 2 de Conscientiâ: Peccatum primorum parentum in causa est, cur & ingenia mortalium proclivia semper ad delinquendum sint: & ratio ipsa, quam regere ac moderari appetitiones omnes conveniebat, contumaciam perpetuò sentiat & seditionem repugnantium in animo imperiumq; recusantium cupiditatum. Nam illo ex scelere Protoplastorum, proclivitas peccandi est in posteritate propagata, indeq; vitia extitit & pravis cupiditatibus obnoxium genus humanum. Inde illa morborum animi & perturbationum in nobis exorta turba est, & perpetuum cupiditatis cum ratione disfidium. Hoc ergo peccatum originis — reprimat retardatq; vim ac conatum voluntatis nostræ, quò minus sic ad honesta feramur, ut ad turpia & flagitiosa. Corpus nostrum Prutenicum de Bonis Operibus: Tale peccatum (veniale in regentis) est originalis depravatio habitans in carne, unde pullulant cogitationes & concupiscentia sollicitantes ad vitia. — Hanc pravam radicem peccati in carne quando non curant, non repugnant, sed delectantur concupiscentiis carnis, non student, non petunt, nec optant, ut actiones carnis mortificentur, sed captant occasiones, ut perficiantur, tales certum est rursus lapsos esse. D. Martinus Chemnitius in Locis Theologicis Loc. de Peccato originis pag. 228. ad peccatum originis apertè refert passiones carnis & peccatorum, ut vocat Apostolus, id est, ut exponit Chemnitius, acres impetus & magna incendia affectuum, quibus captivantur & abripiuntur credentes etiã reluctantes. Et Loco de peccatis actualibus pag. 257. scribit: Potest hac differentia (peccati originalis & actualis) clarius intelligi ex illa distributione graduum in peccatis, quæ Veteribus tradita est. 1. Fomes, sive depravatio inherens, quæ complectitur etiam defectus. 2. Suggestiones cogitationum & affectuum, id est, quando depravatio originalis movet se aliquâ inclinatione. 3. delectatio. 4. consensus. 5. ipsum opus. Ex his gradibus primi duo pertinent ad peccatum originale, reliqui tres ad actuale peccatum. Hæc differentia potest intelligi, & si hoc modo constituatur, pulchrè illustrat doctrinam de peccato mortali & veniali, ut suo loco dicetur. Augustinus etiam lib. 2. contra Julianum peccato originali hoc tribuit, quod rebellando nitatur nos trahere ad reatum. Et lib. 5. c. 3. dicit esse causam peccati actualis, defectione consentientis. De Civitate Dei lib. 1. c. 15: Quod si concupiscentialis inobedientia, quæ adhuc in
membris

membris moribundis habitat, prater nostra voluntatis legem, quasi sua
 lege movetur: quantum magis absq; culpa est in corpore non consentientis, si
 absq; culpa est in corpore dormientis? Et hac differentia hoc modo ex-
 pressè ponitur Jacobi i. v. 14. & 15: Quisq; tentatur, à concupiscentia sua
 abstractus, & illectus; deinde concupiscentia cum conceperit, parit pec-
 catum, scilicet actuale. Ergò concupiscentia, sive inclinationibus mo-
 veatur, sive flammis affectuum tumultuetur, pertinet ad pec-
 catum originale. Actualis verò concupiscentia Coloss. 3. v. 5. est, quando
 accedit delectatio, consensus. D. Jacobus Heerbrandus in Compen-
 dio Theologiæ Loco de peccato pag. 246: Quid est concupiscentia ori-
 ginalis? Non est fomes tantum ad peccandum incitans & facile tantum
 concipiens, sed est horribilis cæcitas seu inordinatus motus & impetus
 in omnibus viribus hominis, contra legem Dei, in mente cæcitas, in volun-
 tate aversio à Deo, & omnibus inferioribus viribus contumacia. D. Za-
 charias Schilterus Theologiæ Professor & Consistorii Electoralis
 Saxonici Assessor in Academia Lipsiensi in Exegesi Catechismi Lu-
 theri in Thesibus de Decalogo th. 75. ad præceptum 9 & 10: Non mo-
 dò verbum concupiscendi ingeminatum est (Exod. 20. Deut. 5.) ut Augu-
 stinus monet, & major affectus desiderandi, quam concupiscendi verbo
 exprimitur, sed etiam res ipsa & illius natura concupiscentia scilicet
 originalis seu primorum motuum, qua præcepto decimo, & concu-
 piscencia actionis, seu consensus & voluntatis, qua nono prohibetur,
 verbis illustribus revera distincta est, perinde atq; ἡ ἰνὴρ τοῦ κατὰ φύσιν,
 id est, concupiscentia, qua concipit peccatum, suggerit, inclinat, impellit,
 incitat ad peccatum, & ἡ τὴν ἁμαρτίαν, id est, pariens peccatum, accedente
 consensu scilicet Jac. 1. Et th. 80: Apostolus concupiscentiam inhabitan-
 tem & fermenti instar in membris nostris naturaliter tumultuantem,
 à concupiscentia κατὰ φύσιν in actum erumpente distinguit ad Rom.
 7. Deinde concupiscentiam ejusmodi peccatum esse fatetur, quod donec
 velum Pharisæicum oculis illius impositum fuit, non satis cognoverit, id
 quod nequaquam intelligi potest de concupiscentia, cum qua κατὰ φύσιν
 conjuncta est, quam ratio & Philosophia pro vitio agnoscit, seu pro appe-
 titione inordinata, sed de concupiscentia originali, qua in genere signi-
 ficat

fiat appetitionem in ordinatam quorumcunq; objectorum prohibitorum sine ulla voluntatis approbatione aut conatu, quam non tantum non Philosophi, sed ne Pharisei quidem, quamvis Legis Doctores tum primarii pro peccato unquam habuerunt. Gemina his ex D. Davidis Löbechii Disput. 4. in August. Conf. th. 79, & D. Johannis Giffenii Defensionis Catechismi disput. II. th. 63. jam ante num. II adduximus. Consentit verò his & D. Salomon Gesnerus Disput. 3. pro Formula Concordiæ c. 4. th. I. num. 5: Non sufficit bonorum absentia — & defectus ad vim peccati originis exprimendam. — Privatio enim ista omnium malorum congeriem invexit: — Estq; illud malum in intellectu & mente non modò simplex ignorantia rerum divinarum, sed & in rebus spiritualibus & verbo Dei prorsus repugnans. In voluntate labe originalis non modò est imbecillitas virium naturalium, sed est horrenda pugna & inimicitia adversus Deum: in omnibus deniq; viribus anime & corporis non modò à vera & imaginis Dei, ad quam homo conditus erat, destructio apparet, sed fremitus & pertinax audacia & insatiabilis libido reluctandi & repugnandi Deo Rom. 7, 18, 19, 20. cap. 8, 5, 6, 7. D. Leonhartus Huttenus in Locis Articulo 10. de peccato actuali c. 1. exponens definitionem peccati actualis, quâ illud definitus actio pugnans cum lege Dei: *Intelligitur, inquit, actio transiens & cum assensu, deliberatione & proposito conjuncta, ad differentiam peccati originis, quod est in perpetuo & nunquam transeunte motu seu actu, unde haud ineptè magnus ille Theologus Chemnitius cogitationes etiam refert ad peccatum originis, quando nimirum nude sunt suggestiones & nudo conceptu absolvuntur, sine assensu ullo aut cogitatione.* D. Henricus Eckardi Tom. 2. Disput. Giffensium disp. 12. de peccato originis th. 43: In cap. 7. (Epist. ad Romanos) non tò õti modò firmiter asruitur, sed ipsum etiam tò õti (peccati originis) accuratè describitur, nimirum quod sit concupiscentia v. 7, peccatum v. 7, 8, 9, 13, 14 & quidem sine lege absconditum, latens atq; incognitum v. 7, 8. operans omnes concupiscentias v. 3 seducens & occidens v. 11, 13, in ipsis etiam renatus habitans v. 17, 18, lex membrorum legimentis repugnans v. 23. faciens carnales & addicens servituti v. 14, atq; captivitati v. 23. ut licet mente quidem lege Dei

Dei condelectentur, carne tamen ad eò retrabantur v. 15 ut homo inter-
 rior atq; exterior in prestandis obsequiis manifesto divortio separentur.
 Quæ non est peccatorum actualium, sed mali originalis descriptio. Et
 th. 117: Omnes renati, inquit, & sancti habent peccatum, proq; ejus di-
 missione quotidie Deo supplices sunt 1. Job. 1, 8. Psalm 32, 6, Matth. 6, 12.
 At hi non assentiuntur neq; parent concupiscentiis, sed resistunt, nec pec-
 catis actualibus contra conscientiam se polluunt, 1. Job. 1, v. 6 & 3, v. 9.
 Ergò habent hujusmodi peccatum, quod assensu caret, & ab actuali-
 bus peccatis est distinctum. D. Paulus Tarnovius Professor Rosto-
 chensis lib. 2. de Ministerio Ecclesiastico c. 6: Concupiscentiæ nomine
 intelligitur quævis declinatio à bono mandato per omissionem, & propen-
 sio ad malum prohibitum per commissionem: itaq; huc pertinet in mente
 caligo & cæcitas in rebus spiritualibus, pronitas ad cogitationes vanissi-
 mas de Deo, ad dubitationes de providentia, ad profanitatem & impie-
 tatem: in corde ad securitatem carnalem, ad odium Dei, fremitum in-
 arumnis, ad desperationem de gratia, ad amorem creaturæ super creato-
 rem, ad neglectum cultus Dei, superbiam, simulas, odia, inimicitias,
 invidiam, iram, luxum, libidinem, avariciam, mendacia. M. Jacobus
 Reneccius Pastor Hamburgensis, Gymnasii itidem ejusdem loci In-
 spector & Primarius Theologiæ Lector, in Panoplia Theologica
 Anno 1618. Witebergæ impressa Tom. 3. cap. 16. de peccato actuali &
 Est nè concupiscentiæ peccatum originale vel actuale? Utrumq; est. Ori-
 ginale peccatum est, quatenus denotat **PRAVOS MOTUS, AD QVOS**
CONSENSUS NON ACCEDIT. Actuale verò peccatum est, quando
CONSENSUS, machinatio & persecutio ejus rei, AD QVAM PRAVE
MOTUS SOLICITANT, accedit. D. Christianus Chemnitius
 Professor Jenensis Disput. de peccato habita Anno 1654 th. 5:
 Primam prævaricationem Adami subsequuta est in pœnam absentia inno-
 centiæ & justitiæ originalis, & presentia contrarii mali, quæ est in intelle-
 ctu summa ignorantia atq; caligo, in voluntate à Deo & bono aversio, in
 appetitu motus inordinati ac rebellio. Amisit ergò non solum sibi, sed
 & posteritati imaginem divinam & genuit tales, qualis est ipse. teste
 Mose Genes. 5. v. 3, & ipso Paulo Rom. 5. v. 19: Per unius inobedientiam pec-
 catores constituti sunt multi. Ubi intelligitur omninò peccatum natu-

*ra, quod non committitur propria voluntate, sed per carnalem generationem contrahitur, & saepe in nobis se exserit prater & contra nostram voluntatem. Quod si verò ne illi quidem motus, qui in adultis se exserunt, atq; ad peccatum contra conscientiam actu eos stimulant & sollicitant, ad actualia peccata, ab originis peccato distincta, pertinent, sed ad ipsum originis vitium sunt referendi, quantò magis ad hoc ipsum, originis, inquam, vitium pertinebunt motus inordinati in parvulis, qui adversus rationem in eis actu rebellare nondum possunt, quod illi destituantur adhuc usu rationis? Et sanè quod ita se res habeat, etiam ex aliis hypothésibus, à nostratibus communi consensu approbatis, solidè probari potest. Nam primò peccatum actuale omne juxta illos quoq; est voluntarium, & quidem habità ratione ejus, qui peccato huic dicitur obnoxius, ut visum nobis num. 11, ex quo & fieri ibidem diximus, ut peccatum, actuale omne sit, juxta eosdem etiam rursus, proprium singulis ac personale. Quo principio inter alios & D. Balthasar Meisnerus in Anthropologia sua Decade 1. disput. 5. Quæst. 3. num. 20. utitur ad confirmandum, quod peccatum, de quo Paulus loquitur Rom 5, 12, non sit actuale. *Peccata enim actualia, inquit, non sunt hereditaria, nec in omnes homines pertransseunt aut communia sunt. At peccatum, de quo hic Paulus loquitur, est hereditarium & commune, quod unà cum morte in omnes transit. Ergò actuale non est, sed potius naturale & originale.* Jam motus illi inordinati, qui in infantibus se produnt, non sunt proprii singulis, quoniã nec à voluntate illorù propriã proveniunt, sed sunt omnibus communes. Deinde peccatum actuale ab originali quoq; in eo distinguitur, quod illud transeat actu, maneat reatu, seu obligatione ad pœnam; hoc autem in regentis transeat reatu, maneat actu, ut cum Augustino lib. 6, contra Julianum c. 8. & lib. 1, de nuptiis & concupiscentia c. 25, iterum docent nostrates. Ex hoc enim capite ipsa Apologia Augustanæ Confessionis, articulo de peccato originis, durabiles in natura defectus apertè ad vitium originis reducit: *Et facile, inquit, judicare poterit PRUDENS lector has non tantùm culpas actuales esse, sine metu Dei, & sine fide esse. Sunt enim DURABILES DEFECTUS in natura non renovata.* Et D. Leonhartus Hutterus in Locis Articulo de peccato actuali c. 1. *Observationem*
mcre.*

meretur, peccatum actuale non eo sensu nominari à contra distincta peccati originalis specie, quasi hoc ab omni actu prorsus sit immunis, quemadmodum olim Scholastici nugati sunt, contendentes peccatum originale esse malum otiosum, & torpidam qualitatem, ac propterea, nisi accedant actualia, concupiscentiam reliquam non esse peccatum, quia nihil agit contra legem Dei; verum sic appellari ab ea conditione, qua actus s. actionis cuiusq; est propria. Nam quia actus (peccatum actuale scilicet constituens) est TRANSITORIUM quiddam, ad differentiam peccati originalis actuale hoc appellatum fuit. In actuali enim peccato natura non perstat sive permanet: sed quam primum aliquod cum flagitio & scelere admissum est, offensa quidem Dei & reatus actionis remanet: actio verò ipsa facinore patrato, statim transit & desinit. In peccato autem originali secus res habet. Nam materia ejus hac in vita nunquam transit: sed in perenni motu est, & sic semper adheret nobis illa corruptio versaturq; in perpetuo actu, ut nunquam sit otiosa: sed tum in mente dubitationes, tum in animis motus contra legem Dei perpetim excitet. Et D. Balthasar Meisnerus rursus Decad. 1. Anthropol. Disp. 5. Quæst. 3. num. XI. ex eodem fundamento probat, Jobum verbis illis c. 14, 4: Nemo à sorde mundus, ne unius quidem diei infans super terram, non loqui de peccatis actualibus, sed originali: Agit enim, inquit, de sordibus PERPETUO ADHÆRENTIBUS. **AST HOC DE PECCATIS ACTUALIBUS DICI NE QUIT.** Non enim omnes adulti semper peccant actualiter: & postquam illa commissa sunt, transeunt, neq; immundities quedam absoluta de iis manet reliqua, sed tantum reatus vel obligatio ad pœnam. Jam verò & motus illi inordinati, qui in infantibus obtinent, non sunt transitorii, sed naturæ ipsorum pertinaciter adherent, renatis tamen iis non imputantur. Ulterius nemo actualiter peccare dici potest in eo, quod vitare non potest. Hoc enim iterum D. Meisnerus citato loco fundamenti loco ponit, ut demonstret, Jobo dicti verbis de peccatis actualibus non fuisse sermonem: Loquitur enim, pergit, de impuritate INEVITABILI. Nam hoc excusationis & argumenti loco profert, quod Deus secum adeò non debeat contendere in judicio, nec puritatem summam exigere, cum nemo mortalium sordes anime queat evitare, si quidem omnes nascuntur immundi ex immundis. Falsum verò hoc est de peccatis personalibus & merè actualibus, cum
illa

*illa — unusquisq; libero arbitrio non abutens evitare possit. Et num.
XIII. considerans locum Jeremiae c. 17, 9: Pravum est cor hominis &
imperscrutabile, quis cognoscet illud? Non excipi, inquit, potest, actualem
tantum malitiam notari. Nam 1. Propbeta loquitur de malo communi
& universali. Actuala vero & personalia peccata non sunt ex aequo o-
mnibus communia. 2. Loquitur de malitia INEVITABILI in hac morta-
litate, id quod de personalibus dici nequit. Jam autem motus pravi in
parvulis non sunt in ipsorum potestate, ut evitare eos queant. Prae-
terea certum & hoc est ex nostratum sententia, quod motibus vel in
ipsa quoq; jam conceptione vitium adhæreat. Id enim passim pro-
bant ex verbis Psalmi 51, 6: In iniquitate formatus sum, & in peccato
me concepit mater mea, jechemathni, calefecit me. Quod expendens
D. Martinus Chemnitius in Locis de peccato Originis c. 3. num. 3:
Alterum verbum, inquit, significat calorem in ipsa conceptione, sicut ali-
quoties usurpatur Gen. 30. Sensus ergo est: In peccatis calefecit me mater
mea, id est, cum massa mea natura primum inciperet foveri calore matri-
cis, jam eram in peccatis. Ambrosius dicit: Ante usuram lucis originis ex-
cipimus injuriam. Item: Genitalibus infusis visceribus, & coagulatis subite
delictorum contagium. Et D. Fridericus Balduinus in Comm. Psalmi
51. Parte 1. Neq; vero tum primum cum in lucem ederetur (David) pecca-
tum incepisse innuit, sed & aliquantò citius, nimirum in ipsa prima con-
ceptione. Quo pertinet — verbum — calefecit, quod propriè concipi-
entium mulierum est. Illud igitur Jechemathni significat τὸ Φυσικὸν
generandi facultatem, que alioquin ἀλογὸν est, omnig; ut intellectu, sic
& sensu peccati destituta. Hanc potentiam calefaciendi & fovendi foetum
corruptam, & nos illa ipsa caloris transfusione labem traxisse arguit.
Atq; sic vult ostendere, usq; adeò vitiatam hominis naturam esse, ut ne
prima quidem gutta seminis & sanguinis calore matris fota & vegeta-
ta absq; peccato fuerit. Ast vegetatio illa non fit sine motibus in ipso
foetu se exerentibus: sunt ergo & hi jam peccato contaminati. Quis
autè foetum in ipsa jam cōceptione actualiter peccare diceret? Adhuc
in eo quoq; consentiunt nostrates, quod nemo remissionem peccato-
rum actualium post baptismum consequi queat, nisi interveniat pœ-
nitentia actualis. Non ob aliam namq; causam ex iis etiam illa, quæ
Patres*

Patres minuta, parva item & exigua peccata vocare solent, in regeni-
tis venialia censeridocent, quàm quod pœnitentiam sēper habeant
comitē. *Fide statuunt renati, inquit D. Martinus Chemnit: in Locis de
discrimine peccati venialis & mortalis c. 3, licet sordes illas peccati ori-
ginalis non possunt in hac vita penitus deponere, nec actiones ejus prorsus
mortificare Rom. 7. v. 24, & licet illa mala per se juxta legē digna sint eter-
nā damnatione, tamē quia renati sunt & manent in Christo, & non secun-
dum carnem ambulant: hoc est, quia pœnitentiam & fidem retinent &
exercent, nullam ipsis condemnationem esse metuendam Rom. 8, v. 1. Et
hoc est, quod in usitata definitione dicitur: Propter peccata venialia non
amitti gratiam & Spiritum Sanctum. Et ratio est. Agentes enim pœni-
tentiam & credentes in Christum accipiunt, habent, & retinent gratiam
& remissionem peccatorum. Qui verò fidem & pœnitentiam abjiciunt,
illi quoq; gratiam Dei amittunt. Jam certum est, quod etiam in parvu-
lis post baptismum pravi motus superstites maneant; inde si in pec-
catis actualibus illi essent censendi, & ipsis pœnitentia agenda esset
super peccatis istis, ut gratiam & remissionem peccatorum conse-
querentur. Ast pœnitentiam agere non possunt, quod nondum di-
scernere queant inter bonum & malum Deut. 1, 39; in ambiguo ergò
versaretur salus ipsorum. Insuper, nisi motus illi ad vitium origi-
nis pertinerent, hoc saltem naturæ adhæreret, non etiam habitibus,
dispositionibus, motibus. Ast hoc repugnat rursus nostratibus, qui
passim docent, post lapsum hominem hereditariò à parentibus sic
accepisse congenitam pravam vim, internam immunditiam cordis, pra-
vas concupiscentias & inclinationes, ut omnes naturā, talia corda, TA-
LES SENSUS ET COGITATIONES, ab Adamo hereditaria & natura-
li propagatione consequamur, quæ secundum summas suas vires & juxta
lumen rationis, naturaliter è diametro cum Deo & summis ipsius manda-
tis pugnent, atq; inimicitia sint adversus Deum, præsertim quantum ad
res divinas & spirituales attinet, ut loquitur Repetitio Formulæ Con-
cordiæ Articulo 1, qui est de peccato originis. Deniq; & hoc consi-
derandum proponunt nostri Theologi, quænam ratio sit, cur motus
aliqui infantium dicantur inordinati. In se enim spectati infantium
omnes motus, provenientes à sensu & appetitu, sunt naturales, ut
E apertè*

apertè eos vocat Chemnitius in Locis Theologicis de peccato origi-
nisc. 5: & in specie de reluctantia eorum in baptismo idem docet
D. Johannes Affelmannus Professor Rostochiensis in Disputatione
de fide infantum th 45, ita scribens: *Non baptismo, sed externis actio-
nibus qualitatibus aëris, aquæ, quibus NATURALITER moventur, quasi
reluctantur infantes. Distinguo ergò inter renitentiam NATURALEM
& spiritualem.* Hæc ille. Quicquid ergò vitii loco habetur in motibus
illis, id provenit sine dubio ab *ἀταξία* illis adhærente: hæc autem un-
de, nisi à defectu Spiritus Sancti, quem juxta primam Dei institutio-
nem in ipsa jam conceptione habere debebant infantes? Unde verò
rursum defectus hic, nisi à voluntate protoplastorum, qui ita acce-
perant Spiritum sanctum, ut in posteros quoque eum, interveniente
generatione, propagarent, sed eâ lege, si in statu integritatis, in quo
à Deo collocati erant, permanerent. At non permanserunt in eo,
sed, arbitrio suo libero abusi, à Deo desciverunt, atque hinc & sibi &
toti suæ posteritati donum illud inestimabile amiserunt. Ex volun-
tate ergò Protoplastorum *ἀταξία* illa motibus parvulorum adhæ-
rens provenit. Quo pertinent & verba D. Johannis Brentii in princi-
pio hujus numeri adducta: *Weil Adam ūmb der Sünde willen den
heiligen Geist verlohren hat / mangeln nun alle seine Nachkommen des
H. Geistes.* Quod ex voluntate autem Protoplastorum ceu causa effi-
ciente, aut deficiente potius, proximâ in nos seminatum est, id non
actuale peccatum constituit, sed ad vitium originis pertinet, ceu li-
quet ex num. 11. Atque hinc & totidem verbis motus isti pravi in par-
vulis ad peccatum originis reducuntur in Agendis Marchiacis parte
2. in explicatione 9. & 10. præceptorû Lit E. fol. 6. fac. 1. ubi hæc legun-
tur verba: *Diese zwey Gebot lehren uns sein erkennen / daß nicht allein
die eufferlichen bösen Wercke und Wort Sünde seyn / sondern auch
die inwendigen Neigung / Begierd und Lust des Herzen / der niemand
ledig ist / sondern werden uns in Mutterleibe angebohren. Dar-
ūmb solt ihr / meine Kindlein das mit allem Fleiß mercken und wol in
das Herz bilden / daß gelüsten Sünde ist / und alle Menschen auff
Erden / auch die Kindlein in Mutterleibe sind nicht ohne Lust / darūmb
sind wir auch alle Sünder / und niemand ist unschuldig für Gott. —
Denn*

Denn das empfinden und erfahren wir alle/ daß wir von Natur vol-
ler böser Lust stecken/denn wir haben Lust zu allem dem/ das dem Fleisch
wolthut/und fliehen alles das dem Leibe wehe thut / also daß man solche
Lust auch an den Kindlein in der Wiegen/ ja auch in Mutterleibe spü-
ret. Denn wenn ein Kind hart liegt/hungrig oder durstig ist/ oder ist ihm
zu kalt/oder zu heiß/ so zappelt es und windet sich hin und her/und wei-
net darümb / desgleichen wenn mans etwas schönes sehen läßt / und
nimpts ihm bald wieder/ oder wenn mans ihm nicht gibt/wenn es dars
an gedencet/ so weinet es auch darümb/ das seyn aber eitel grosse An-
seigungen / daß auch die Kindlein in der Wiegen und in Mutterleib
voll böser Lust seyn/ so woll als die alten — Das ist aber gewißlich
war/ daß solches wenig Leut verstehen / denn die Vernunft begreiffis
nicht/ daß die Kindlein von der Lust wegen auch Sünder sollen seyn /
sondern sie meinet / dieweil sie noch kein böß Werck thun / so
seyn sie rein und unschuldig. Et in Expositione Sacramenti Baptismi
lit. M iij, fac. 2: Wie der Adam gesündiger hat/ und durch die Sünde
verderbet worden ist / daß er von ihm selbst nicht mehr from und gerecht
werden könnte / also sind auch seine Kinder alle Sünder geboren /
und können von ihnen selbst nicht from werden/ sondern sind zum bö-
sen geneigt zu aller Zeit. Darümb sprichet der heilige Paulus/ Wir
waren alle Kinder des Zorns von Natur/das ist/ Gott zürnet mit uns
von unfer Sünde wegen / die uns von Natur angebohren ist/
dieweil wir aber getauffet seyn/und durch die Tauffe neu geboren/so ist
uns die Sünde vergeben/ und der H. Geist eingegossen/der uns wieder
from machet / und zum guten hilfft und treibet. Idem repetitur & in
Agendis Noricis Noribergæ impressis Anno 1592: eadem enim sunt
cum illis prioribus. Inprimis verò obleruatione digna sunt etiam
verba D. Martini Chemnitii ex Locis de peccato originis c. 5, pag.
240, ubi ex Augustino apertè docet, Pelagianorum primum
hoc fuisse dogma, quod motus ejusmodi, quales diximus,
ad peccata actualia ab originali distincta pertineant, & quod in
hanc sententiam pervenerint argumentis Catholicorum, quibus
peccatum originis asserebant, constricti, ut nescirent, quò se
vertere deberent. Verba ejus sunt: *Augustinus utiq; fortiter urgebat
argumentum illud de efficacia Baptismi, quod conferri infantibus semper*

in Ecclesia, inde usq; à temporibus Apostolorum usitatum fuit, & certum est semper dari in remissionem peccatorum. Ergò necesse est infantes habere peccata & c. In solutione ejus argumenti ceperunt se Pelagiani in omnes formas vertere, ut elaberentur. Dixerunt ergò quidam: Infantes quidem nasci sine peccato, ita ut in natura ipsorum nihil sit vitii, nihil corruptionis, unde sint filii iræ, sed statim, quando editi sunt in lucem, committere ipsos PROPRIA QUÆDAM ACTUALIA PECCATA, flendo, vagiendo, & reliquis illius ætatis motibus, & propter illas actiones fieri reos iræ Dei: non autem esse naturâ & c. Augustinus dicit, hanc sententiam refutari ipsa EVIDENTIA. Et addit: Valeat ad seipsam persuadendam ipsa evidentia. Nam nusquam sic non invenio quid dicam, quàm ubi res, de qua dicitur, manifestior est, quàm à me quod dicitur. Hæc Augustinus de peccatorum meritis & remissione. Hinc lubdit Chemnitius: Non est autem dubium, sicut Salomon dicit de naturalibus credentium motibus Eccl. 9 v. 7: Ede, bibe in letitia, quia Deo placent opera tua: ita in infantibus non renatis ipsos naturales motus (ob citâ & iâ nempe adhaerentem) displicere Deo. Sed hoc fit NON RATIONE ACTUALIS PECCATI, QUOD REQUIRIT ACTIONEM PROPRIÆ VOLUNTATIS: SED QUIA NATURA CORRUPTA SUBJECTA EST IRÆ DEI. In hanc sententiam dicit Augustinus lib. 1. Confess. c. 7: Quis mihi commemoret peccata infantia mee, quia nemo mundus à peccato coram te, nec infans, cujus unius diei vita super terram. Quæ ergò tunc peccabam? An quia uberibus inhiabam plorans? An pro tempore etiam illa bona erant, flendo perere etiam quod noxiè daretur, indignari acriter his, à quibus genitus est, feriendo nitî nocere quantum potest? ita imbecillitas membrorum infantilium innocens est, non animus infantium. Vidi ego & expertus sum zelantem parvulum, nondum loquebatur & intuebatur pallidus amaro conspectu collactaneum suum. Quod si in iniquitatibus conceptus & in peccatis me mater mea in utero aluit, ubi aut quando innocens fui. Hæc de Pelagianorum erroribus.

V. Eadem est aliorum ex nostratibus sententia. Quod si autem aliqui motus illos inordinatos ad peccatum actuale interdum referunt, ii sumunt actuale peccatum abusivè pro eo, quod actu adest, & quidem non otiosum, sed efficax. Quo sensu Lutherus in resolutionibus & Melancton in Ll. ipsum fomité peccati sive concupiscentiam pravam

pravam habitualem peccatum actuale vocat, id est, *actualem privationem ejus rei, quæ adesse debebat, & actualem positionem infirmitatis, & aliorum affectuum, qui deesse debebant*, ut rectè iterum exponit Chemnitius in Locis de peccatis actualibus pag. 257. colum. 2. Nec aliter D. Balthasar Meisnerus Disput. 5. Decad. 1. Anthropol. Quæst. 2. th 20: *Actuale*, inquit, *Lutero & Philippo idem sunt, quod actuosum & operosum. Volunt enim contra Scholasticos ostendere, peccatum non esse nudam δὲναι, sed adesse actu, non esse rem mortuam vel otiosam, sed vivam & negotiosam. Hinc nuncupant actuale peccatum, non quod à sciente committatur, sed quia ipso actu peccatum vel maximè actuosum est, adeò ut ne in parvulis quidem quiescat, sed vitiosos motus in sensitiva præsertim excitet.* Et D. Theodoricus Hackspan in Distinctionibus Theologico-Philosophicis: *Peccatum aliquod actuale dici potest dupliciter 1. illud, quod actu & revera in aliquo est, ei, inheret; hoc modo originale quoq; nomine actualis venire potest, eò quod à nativitate homini revera insit, ut labe hereditaria à parentibus in liberos transmissa. 2. Quod actu & ipso opere patitur, quomodo peccatum primum Adami actuale fuit, originale nõ item.* Hæc illi Aut certè in ipso originis vitio duo considerant, nempe ipsam naturam corruptam, quæ veluti radix est & fons reliquorum ingenitorum vitiorum; & hæc ipsa, quæ inde procedunt. Et hæc discriminis causa vocant peccata actualia, verùm nõ ab originali distincta, sed ad ipsum originis vitium pertinètia. Quamvis enim hæc ex naturâ pravâ manent velut confectaria aliqua, non tamen ideò desinunt ad vitium ingenitum pertinere, quemadmodum jam ante ostensum fuit; perinde ut stirps arbori non minus ac radix congenita est, etiamsi ex radice stirps proveniat; & usuræ, quas solvere tenentur liberi cujusdam ob debitum ab ipso contractum, à debito hæreditario segregari non possunt, etiamsi illæ à sorte per debitum contracta ortum habeant. Inde D. Leonhartus Hutterus in Locis Theologicis, articulo 10. de peccato actuali c. 1. *in infantes*, ait, *quidem cadere actionem pravam, sed talem, quæ sit peccati originalis propria.* Quod repetit & Balduinus lib. 4. Casuum Conscientiæ Casu 3. Quibus consentit & D. Joannes Pappus Professor Argentoratensis, qui & ipse in Hypotyposi doctrinæ Christianæ loco 9. de peccatis actualibus in in-

fantibus concedit quidem motus inordinatos & cum lege Dei pugnantes, sed cum ipso originis vitio conjunctos. Deniq; D. Justus Feuerbornius Fasciculo 2. Disputat. 4. th. ult. ait: *Constat, quod quidam nostrorum Theologorum, quando tribuunt infantibus peccata actualia, loquantur laxè, intelligentes vivacissimam & operosissimam peccati originalis indolem, à qua non absint motus primi vitiosi.* Hos verò th. 30 & 36 dixerat pertinere aut ad ipsius peccati originalis quidditatem; aut esse effectus ejus proprios ab ipso emanantes & per naturam inseparabiles seu primos ipsius fructus & effectus interiores. De ejusmodi autem actuali peccato hinc quæstio non est, sed primò de eo, cujus ratione persona aliqua facere, vel agere, aut operari dicitur peccatum. Phrasibus autem his, ποιῆν, ποιῆσαι, ἐργάζεσθαι, κατεργάζεσθαι, ἐνεργεῖν φαῦλα vel ἀμαρτίαν, facere, agere, operari, efficere peccata malum, iniquitatē, quando DE PERSONIS sermo est, nunquā usurpat scriptura, nisi in descriptione peccatorum actualium propriè dictorū. Quod ipsemet D. Hutterus agnoscit loco citato, quando de peccato actuali ab originali distincto verba faciens ait: *Scriptura ipsa hanc appellationem monstrat: quatenus in peccati hujus descriptione utitur verbis ἐργάζεσθαι, κατεργάζεσθαι, ἐνεργεῖν, faciendi, agendi, operandi, efficiendi & hujus generis aliis, ut videre est Matth. 7, 23: Qui operamini iniquitatem.* Idem apparet & ex illis locis, quæ in Exercit; adduximus ex 1. Joh. 3, 8, 9. Joh. 3. 20. & c. 8, 34. Quibus addere possumus & ista, quibus de Achabo, Ahasia, Joram, Jeroboam & aliis dicitur, quod malum fecerint in conspectu Domini, 1. Reg. 16, 30. 2. Reg 1, 2. c. 8, 18. c. 14, 23. c. 15, 17, 23, 28. Quæ & similia loca expendens Matthias Flacius in Clavi Scripturæ in voce facere: *Facere malum, inquit, significat non tantum peccare, sed etiam studium malè agendi habere.* Et in voce operari: *Operari iniquitatem & operarii iniquitatis dicuntur homines peccatis dediti Psal 41. Odisti omnes operantes iniquitatem. Et Psal. 6. Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem.* Rursus in voce, Peccati, expēdens verba illa Johannis ex 1. Epist. 3, 9, *Omnes, qui natus est ex Deo, peccatum non facit: Distinguit hoc in loco Oecumenius inter peccare & peccatum facere, inquit: Non peccare negationem absolutam significat; non facere peccatum, non inesse ex dispositione & affectione rem ostendit.* Eadem ob-

servatio

servatio est & D. Martini Chemnitii in Examine Concilii Tridentini articulo de peccato originis: *Distinguit Scriptura haec duo, facere peccatum 1. Job. 2. seu ambulare in peccatis Eph. 2, & habere peccatum, quod vocatur inhabitans peccatum Rom. 7, adjacens peccatum Rom. 7, peccatum undiq; circumstans & occupans vires in homine Hebr. 8.* Deniq; D. Theodoricus Hackspan in distinctionibus Theologico-Philosophicis: *Peccatum habere phrasi Scriptura aliud est, quod nulli non convenit mortali homini, quamvis sancto 1. Job. 1, 8: aliud est peccatum facere s. peccato servire & operam dare Rom. 6, 16, 2. Pet. 2, 19.* Quæstio insuper est de ejusmodi peccato actuali, quod à vicio ingenito est distinctum. Id enim hic disquiritur, an recte dicatur, quod *infans recens natus non solum habeat peccatum ipsi ingenitum, sed & aliis, quæ his de suo super addiderit, sit contaminatus.* Ast peccati ingeniti appellatione sine dubio venit peccatum originis. Propter illud enim filii iræ dicimur *Φύσες* Eph. 2, 3, *naturâ*, sive ab ipsa nativitate. Patres quoq; peccatum originis ita passim appellant. Veluti Arnobius lib. 1. adversus gentes vocat illud *infirmam ingenitam.* Hilarius Pictaviensis Can. 10. in Matth. *ingenitum & vetustum opus.* Reticius Augustodunensis Episcopus apud Augustinum lib. 1. contra Julianum c. 2, *veterem hominem ingenitis corruptum sceleribus.* Ambrosius in Apologia David, *naturale contagium generationis.* Aurelius Prudentius in Apothecosi *ingenitam in ortu primi hominis maculam.* Augustinus lib. 2. contra Pelagium & Cœlestium c. 10. *transitum peccati in infantes, & lib. 1. contra Julianum c. 11, vitium protoplasti mortiferâ transgressione sparsum in semine, item peccatum cum homine natum.* Deniq; ne progrediamur longius, Dionysius, Areopagita dictus, lib. de Hierarchia Ecclesiast. c. 2, *ingenitum dissimilitudinis habitum.* Actualia autem peccata propriè dicta vocant peccata huic superaddita. Constat id satis vel ex ipso Augustino, qui lib. 1. ad Simplicianum quæst. 1. peccatum originis appellat *peccatum, cum quo in hanc vitam nascimur; atq; ab eo distinguit peccatum actuale, quod vivendo nos dicit ADDERE.* Et in Enchiridio ad Laurentium c. 44: *Christus, inquit, auferi non tantum originale peccatum; sed simul cuncta, quæ ADDITA invenit.* Etc. 93: *Mitissima sanè omnium pœna erit eorum, qui præter peccatum, quod originale traxerunt, nullum insuper ADDIDERUNT.* Non aliter & Leo Magnus Epist. 86. ad Nicetam

tam c. 4: *Parvuli tantum originali, majores autem & his omnibus mori-
 untur peccatis, quaecumq; malè vivendo ADDIDERUNT ad illud, quod
 nascendo traxerunt.* Et *Walafridus Strabo lib. de rebus Ecclesiasticis
 c. 26: Omnes, inquit, quos Dei gratia non liberat, pereunt in originali de-
 licto, etiam qui sui sceleris NON ADJECERUNT AUGMENTUM, ne-
 cessariò parvuli baptizantur.* Sed nec *PROPRIA* Patribus dicuntur
 alia, quàm actualia peccata, quando peccatum dividunt in id quod
 ex generatione tractum est, & proprium, quod & personale appellare
 consueverunt, ut visum nobis jam ante num. II. Nos tates quoq;
 passim peccata super addita ab originali distingunt atq; per illa pec-
 cata actualia propriè dicta intelligunt. Patet id vel ex solius Lutheri
 verbis eodem numero adductis. Quibus addimus & *D. Johannis
 Bugenhagii Pomerani, Pastoris & Superintendentis Witebergensis,*
*testimonium ex Comment. in Psalmum 50. ita habens: Tace quaso
 impietas, satis peccatorum habemus, qui toti peccatum sumus. Ecce, in-
 quit, in iniquitate genitus sum, & in peccato concepit me mater mea.
 Omnes nascimur filii ira, ut taceam de reliqua vita, ut non opus sit PEC-
 CATUM ADDERE, quasi jam non habeas, pro amplitudine gratiae Dei
 cognoscenda, sed potius opus sit clamare, infelix ego homo, quis me libe-
 rabit ab hoc corpore mortis? Et postea: Inunc & obloquere gratiae Dei,
 faciamus mala ut veniant bona, quasi jam non sis malus, nisi facias plura
 ADDENDO mala.* Sed & notabilis est locus *D. Urbani Regii ex Ca-
 techismi Expositione ad Præcept. 9 fol. 187 fac. 1: S. Paulus Rom. 5.
 beschreibet die Sünde zweyerley. Die Erbsünde/die alle Menschen/so na-
 türlich geböhren werden/in der Geburt mit sich bringen und haben: Die
 wtrefliche Sünde/ die wir selbst wircken/und zum überfluß der Erb-
 sünde zuthun / und ist die verfluchte vermaledeyete Frucht des verma-
 ledeyeten Baums der Erbsünde/als da sind böse Gedancken. Wort und
 Werck wider die Zehen Gebote Gottes.*

VI. Atq; hinc factum est, ut in non paucis Ecclesiarum nostra-
 rum Agendis, quin & Catecheticis libellis, diversis locis editis, ex
 formula ista precum in baptismi ritu instituta, *Oramus, ut per hoc sa-
 lutare diluvium suffocetur in infante & intereat omne, quod ab Adamo
 ipsi est ingenitum, quodq; ab ipso in super additum, posteriora verba,
 quodq; ab ipso in super additum, sive ut in vernacula sonant, Und er
 selbst*

Selbst hinzu gethan hat/aut planè sint omiffa, aut parèthesi inclusa, aut in margine posita, ne promiscuè in quorūvis infantū baprisimo adhiberentur, sed in baprisimo eorū, qui in lucè primū sunt editi, omittentur. Placet ipsa eorum verba addere, ne finxisse quid videamur. Omiffa ergō planè verba illa reperiuntur in Agendis pro usu Ecclesiarū POLONICARUM HUIUS ipsius DUCATUS adornatis atq; typis hoc ipso loco exscriptis Anno 1571. Sic enim ibi verba Germanicè reddita fol. 63. fac. 2. sonant: Wir bitten dich durch deine unendliche und unermessliche Barmherzigkeit/das du diesen (oder diese) N. wollest gnädiglich ansehen/und ihn (oder sie) mit rechtem Glauben in seinem (Christi) Geist begaben und stärken/damit durch diese seelige Sündfluch an ihm (oder ihr) ersauffe und verderbe alles was ihm (oder ihr) von Adam angebohren ist. Idem advertere licet in Catechismis plerisq; tam veteribus, quàm recentioribus non hinc solū, sed & Dantisci & Elbingæ, quin & in Germania impressis. Sic enim Catechismus Francofurti typis Casparis Rettelii Anno 1629. excusus & figuris lacris sat elegantibus illustratus habet pag. 120: Wir bitten dich durch dieselbe deine grundlose Barmherzigkeit/du wollest diesen N. gnädiglich ansehen/und mit rechtem Glauben im Geist beseligen/das durch diese heilsame Sündfluch an ihm ersauffe und untergehe alles/was ihm von Adam angebohren ist / und er auß der ungläubigen Zahl gefordert etc. Parenthesi autem Agendis Ecclesie WITTEBERGENSIS fuisse suo tempore adhuc inclusa, atq; in parvulorum baprisimo illic non fuisse lecta, testatur D. Fridericus Balduinus Ecclesie istius Pastor & Superintendens lib. 4. Casuum Conscientie cap. 8, Casu 3, ita scribens: *In nostra Ecclesia Agenda hæc verba (Und er selbst hinzu gethan hat) in Parenthesi leguntur, neq; apud nos in baprisimo infantum usurpantur.* Qua in re ipsum deceptum fuisse quis sibi persuaserit? Sine dubio enim vidit Agendas illas: visus autem noster non minus in dijudicandis objectis propriis, ad ipsum spectantibus, falli potest, ac sensus alii; aut si non vidit, quomodo manus suam rectè obire potuit, juxta quod ipsum parerat etiam iis, quæ Agendæ exigebant, invigilare, ne quid in diocesi, ipsius inspectioni concredita, adversus illas committeretur? Negligentia hæc fuisset inexcusabilis. Sed nec librarii vitio aliquid à veritate alienum irrepsisse in hunc librum

F

dici



dici potest. Tota enim Theologica Facultas Witebergensis, quæ Præfationem operi, quippe Posthumo, præmisit, testatur, editionem Anno 1628 Witebergæ exaratam, quâ nos usu sumus, fideliter ex *αὐτογράφῳ* esse descriptam. Sic enim Præfatio illa inter alia: *Testamur vidisse nos & asservare αὐτόγραφον* Autoris, pia beatissimæq; memoria, à quo hic liber tanquam hymnus aliquis Cycneus descriptus est. Et cur in nova editione error ille non fuit correctus, aut saltem notatus, quo errandi occasio ad minimum aliis præcinderetur? Dubium ergò planè nullum est, quin tempore D. Balduini id reverà in Ecclesia Witebergensi obtinuerit, quod ipse refert. Quod si autem post fata ejus alia Agenda ibi fuerunt introducta, in quibus verba ista extra parenthesin leguntur (fatemur enim in nonnullis, etiam Witebergensibus, Agendis, veluti illa, quæ Anno 1575. fuit edita, ea sine parenthesi inveniri) eaq; & in baptismo parvulorum deinceps fuerunt adhibita, id nobis non officit, qui non inquirimus, quid modò Witebergæ in usu sit, sed quid obtinuerit præcedentibus temporibus. *Jura enim nova recipiunt limitationem per jura antiqua & distinctionem*, per gloss in h. sciendum D. de Satisd. hoc est, explicatio legum ac constitutionum recentiorum rectè sumitur ex legibus antiquioribus, tanquam ex radice ac fundamento posteriorum. Interea versatur quoq; adhuc in multorum manibus libellus baptizandi ritum exhibens, pariter Witebergæ impressus Anno 1561 in quo formula precum prædictarum ita impressa exhibetur: *Du wollest diesen N. gnädiglich ansehen/ und mit rechten Glauben im Geist beseligigen/ daß durch diese heilsame Sündfluch an ihm ersauffe und untergehe alles was ihm von Adam angebohren ist (und er selbst hinzugehan hat.)* Testatur in super Johannes Schraderus Pastor Alvenslebenensis ex Districtu Magdeburgensi in Tractatu, cujus inscriptio ita habet: *Neu verbessert und vollständig ganz ausführlich Kirchen-Formular, pag. 176, se Formula administrandi Baptismi usum ex Agendis Witebergensibus.* Hinc autem formulam ipsam subjicit. Verba autem prædicta ita distinguit pag. 179: *Wir bitten durch dieselbe deine grundlose Barmherzigkeit/ du wollest diesen N. (oder diese N.) gnädiglich ansehen/ und mit rechtem Glauben im Geist beseligigen/*

beseeligen/ daß durch diese heilsame Sündfluth an ihm (oder ihr) er-
sauffe und untergehe alles was ihm (oder ihr) von Adam angebohren
ist/ (und er (oder sie) selbst dazu gethan hat) und er (oder sie) auß der Un-
gläubigen Zahl gesondert/ *ic. Idem porro & in Agendis Ecclesiarum
BRUNSVICENSIVM Welserbyti excusis Anno 1569. observare est.
Sic enim ibi verba illa occurrunt expressa pag. 60: Wir bitten dich
durch dieselbe deine grundlose Barmherzigkeit / du wollest diesen N.
gnädiglich ansehen/ und mit rechten Glauben im Geist begaben/ daß
durch diese heilsame Sündfluth an ihm ersauffe und untergehe alles
was ihm von Adam angebohren ist (und er selbst dazu gethan hat.)
Reperiuntur verò hæc ratione & in novâ earundem editione, quæ
Helmæstadi prodiit Anno 1615 pag: 51. Tandem his congruunt &
Agendæ OLDENBURGENSIS Ecclesiæ Jenæ editæ Anno 1573. Ita
enim illic verba sonant lit. Xx iij, fac. 2: Wir bitten dich durch diese
deine grundlose Barmherzigkeit/ du wollest diesen N. gnädiglich an-
sehen und mit rechtem Glauben im Geist begaben/ daß durch diese heil-
same Sündfluth an ihm ersauffe und untergehe/ alles was ihm von
Adam angebohren ist (und er selbst dazu gethan.) In margine deniqs
cum apposita stellula & nota occurrunt in Agendis Ecclesiarum
WURTENBERGICARUM Tübingæ editis Anno 1582 Sic enim
illa pag 89. in margine habent: Nota: Wenn ein altes getaufft wird/
sol man diese Wort (und er selbst dazu gethan hat) hinzu setzen. Eadem
verba etiam leguntur in Agendis Ecclesiarum Mumpelgartensis &
Reichenweilensis Argentorati typis commissis Anno 1571, fol. 6.
fac. 2: nec non in Agendis districtus Hanauensis & Lichtenbergen-
sis, utidem Argentorati editis Anno 1573. pag. 22. Sic enim illæ utidem
in margine habent: Nota: Wenn ein altes getauffet wird/ sol man
die Wort (und er selbst dazu gethan hat) hinzusetzen. His accedit &
Agenda D Johannis Aurifabri, pro usu Ecclesiarum Germanica-
rum HUIUS DUCATUS confecta, & Anno 1558 edita. Sic enim
illa Parte 2. fol. 4. fac. 2. in margine habet: Nota: Wenn ein Altes ge-
tauffet wird/ sol man diese Wort (und er (oder sie) selbst dazu gethan
hat) hinzu setzen. Jam non fuit quidem illa ab ordinibus Ducatus hu-
jus recepta, nemo tamen eam hoc nomine perstrinxit, quod in mar-
gine ista verba posuisset, aut, quod in aliâ ejusdem, nisi memoria*

me fallit, editione factum, parenthesi ea inclusisset. Nec est, quod quis obvertat, in aliis tamen Agendis, veluti Saxoniae tam superioris quam Inferioris, Luneburgensibus item, & Mecklenburgensibus, quin & hujus ipsius Provinciae Anno 1568. typis Johannis Daubmanni, & postea rursus Anno 1598. typis Georgii Osterbergii impressis atq; ordinum calculo approbatis, sine distinctione apparere. Non enim tam ad verba hic, quam ad mentem & intentionem eorum, qui Agenda ista adornarunt, est respiciendum, quod & in aliis statutis leges ipsae volunt observari. In Jure sanè Civili passim dicitur, mentem statuētis, etiam tacitam, haberi debere pro expressa, si de illa satis constet, quod sensus prae valeat verbis. Ita judicat Constantinus Imperator ad populum l. Quoniam indignum C. de testamentis: *In quolibet loquendi genere formata institutio valeat, si modo per eam liqueat voluntatis intentio.* Et Justinianus Imperator l. Si quis filium C. de liberis præteritis vel exheredatis: *Cum manifestissimus, inquit, est sensus testatoris, verborum interpretatio nusquam tantum valeat, ut melior sensus existat.* His ad stipulatur & Marcianus lib. 12. Fidei commissorum in Regulis Juris reg. 96, quam sic expressit Constantinus Harmenopulus lib. 1. Prompt. Juris tit. 15, § 14: *Ἐν ταῖς ἀμφιβόλοις ἀφηγήσει τῆ ἀγνοίας δέ. προσέχειν ἀφηγηταμένον,* In ambiguis orationibus ejus est sententia spectanda, qui eas protulerit. Deniq; Celsus J. Crus lib. 26. Digestorum, citatus in D. l. 17: De legibus Senatusq; consultis: *Scire leges, inquit, non est verba eorum tenere, sed vim ac potestatem.* Et in Corpore Canonico distinct. 39. Can. Sedulo, hæc adducuntur verba Augustini ex lib. de Catechizandis rudibus c. 9: *Utile est, nosse ita esse proponendas verbis sententias, ut præponitur animus corpori.* Et Caus. 22. quæst. 5. Can. Humanæ, hæc leguntur: *Certè noverit ille, qui intentionem & voluntatem alterius variis explicat verbis, quia non debet aliquis verba considerare, sed voluntatem & intentionem: quia non debet intentio verbis inservire, sed verba intentioni.* Observandum id sine dubio est in ultimis verbis ejusdem, de qua nunc nobis sermo est, precationis. Leguntur illa in Corpore Doctrinæ Saxonicae Jenæ edito Anno 1571, fol. 28. fac. 2. nec non in Agendis Saxoniae Inferioris Lubecæ impressis Anno 1585, fol. 19.

Item

Item Viti Dieterici Francofurti ad Moenum exaratis Anno 1546. lit. L. iij, fac. 1, deniq; & in Borussiacis nostris Anno 1568. hinc excusis fol. 35. fac. 2. hac ratione: Auff daß er mit allen Gläubigen deiner Verheißung ewiges Lebens zu erlangen würdig werde. At sic concepta nullum habent sensum, indeq; ut ita legerentur, non potuerunt intēdere Agendarum dictarum auctores, sed aut ita sunt pronuncian- da: Auff daß er mit allen Gläubigen deiner Verheißung/ ewiges Leben zu erlangen/ würdig werde/ quomodo & expressa reperiuntur in Agendis Mecklenburgicis, Witebergæ editis Anno 1552. fol. 106. fac. 2, nec non Lunæburgensibus ibidem excusis Anno 1564. lit. Nij, fac. 1: aut certē sic efferenda, ut efferuntur in Agendis Marchiacis Lipsiæ Anno 1552. excusis fol. 36. fac. 2: Auff daß er mit allen Gläubigen deine Verheißung/ ewiges Lebens/ zu erlangen/ würdig werde. Quemadmodum autem hic non ad verba, uti sonant, respiciendum est, sed mens eorum, qui verba hæc fortē, uti in Luthero Tom. 8. Jenensi Germanico invenerunt, describi jusserunt, ponderanda: sic idem & in istis controversis est faciendum. Nam & illa apud Lutherum sine distinctione omni occurrunt, & tamen is in baptismo parvulorum recens natorum usurpare illa non potuit, si apertē sibi ipsi noluit contradicere, & Agendis Ecclesiæ VVitebergensis contravenire, ceu patet jam ex num. III. & hoc ipso num. VI. Dubi- bium quoq; non est, quin expositio ejus, quod confusum ac inde- finitum, ex eo, quod distinctum est & definitum, sit arcessenda. Nam & ideò cum definitum explicare volumus, definitionem advoca- mus, quod hæc distinctē proponat rem, quam confusē & implicitē exprimit definitum, ut innuit Aristoteles I. Phys. I. text. 5. Erunt ergò & Agendæ illæ Ecclesiarum nostrarum, quæ verba controver- sa indistinctē ponunt, ex iis, quæ cum distinctione illa exhibent, exponendæ, nisi hostiliter eas inter se committere velimus. Inpri- mis cum in obscuris semper id, quod minimum, hoc est quod veri- milius & mitius est, sit sequendum, ut docent JCTi in regulis Juris regula 9 & 114, nec non l. Si præses D. de poenis: qui & aliàs passim ajunt, à verbis legum, quarum vim Agenda habent, non esse qui- dem facilè recedendum, sed secus agendum, si res ipsa verbis non respondeat. Id namq; argumento esse, quod aliud legislator inten-

derit, quàm quod verba primo intuitu præ se ferunt. Huc spectat quod l. dies cautioni, D. de damno infecto §. 6. habetur: *Totiens prætere exigere denunciationem intelligendum, si sit, cui denunciatur.* Idem & hinc observandum. Nempe etiam in infantum baptismo verba illa, & quod ipse superaddidit, sunt usurpanda, sed si infans jam eò pervenerit ætatis, ut peccato, quod ex nativitate traxit, propria superaddere valeat. Talia enim sunt prædicata, ut permittuntur à suis subjectis. Congruithis & altera illa J. C. torum regula: Generalis sermo, si rei ipsius veritas nequeat ad liquidum reduci, nisi in una specie, tantum pro ea accipiendus est. Nititur eà lex 4. D. de instructo legato: *Fundus, qui locatus erat, legatus est cum instrumento, Instrumentum quod solonus in eo habuit, legato cedit.* Additur enim: *An quod coloni fuit, an tantum id, quod testatoris fuit? Et hoc magis dicendum est, nisi nullum Domini fuit.* Jam & in formula nostra habetur generalis sermo, quo Sacerdos Deum orare jubetur, ut baptizando remittere dignetur peccatum omne, tam id quod ipse cõnatum est, si ve hæreditarium, quàm proprium, quo prius illud adauxit: in parvulis a. primum in lucæ editis sermoni huic res ipsa nõ respondet, nisi in prima saltem peccati specie, peccato scilicet hæditario s. originali: quapropter & in eorũ baptismo prius solum illud membrum, quo prædicta peccati species exprimitur, est adhibendum, posteriori omisso. Et sane si aliud fuisset Auctorum Agendarum nominatarum consilium, vel semel saltem in præfatione ipsius formulæ ritus baptizandi mentionem fecissent peccati etiam actualis, præprimis cum commodissima esset ejus rei occasio. Potuisset namq; v. c. initium ejus congruè sic concipi: *Wir hören täglich auf Gottes Wort/ erfahrens auch beyde am Leben und Sterben / daß wir nicht allein in Sünden empfangen und gebohren sind / sondern auch Sünde täglich hinzu thun. Dieweil denn diß gegenwertige Kindlein mit beyderley Sünden behafftet ist/ ic.* Ast ne verbulo quidem illic peccati actualis sit mentio, sed solum vitium originis exprimitur, quod generis & naturæ habito respectu parvulis inhæreat. Nec obstat, quod non unum solum ibi, sed plura peccata iis adhærentia nominentur. Nam & ipsum originis vitium non unum est, sed multiplex, ut quod

omnibus, quæ sunt in homine facultatibus & motibus naturalibus
adhæreat. Unde & Patres passim plurali numero in exprimendo illo
utuntur. Origenes namq; illud vocat *immunditiem & sordes peccati*,
inc. 5. Epist. ad Roman. Hilarius *peccata originis nostræ* can. 10 in Matth.
Reticius Augustodunensis apud Augustinum lib. 1. contra Julianum
c. 2. *ingenita scelera*, Ambrosius ibidem *contagia terrena corruptela*,
item *hereditaria peccata* l. de iis, qui mysteriis initiantur c. 6, nec
non *VENENA serpentis*, lib. 3. de Sacram. c. 1. Aurelius Prudentius in
Apotheosi *primi hominis maculas*. Deniq; ut nunc alios prætere-
amus, Hildephonsus Archiepiscopus Toletanus, qui Sec. VII. à C. N.
floruit, lib. de Virgin. Mariæ, *delicta primæ damnationis*. Accedit
huc, quod in illis ipsis Agendis, in quibus verba ista controversa in
continuo contextu occurrunt, partim peccata actualia ab originali
distincta apertè ab infantibus tenellis removeantur, partim motus
illi inordinati, propter quos aliqui peccata actualia parvulis tri-
buunt, ad peccatum originis referantur, veluti in Corpore Doctri-
næ Saxonico, in Agendis item Marchiacis, Mecklenburgensibus &
aliis, ut visum nobis antea. Quî ergò Autores illorum agnoscere
potuissent in tenellis infantibus non solum peccata congenita,
sed & alia illis superaddita absq; contradictione manifesta? Quod
de aliarum autem Agendarum instructoribus hæcenus diximus,
idem & de auctoribus Agendarum in Borussia nostra usitatarum,
& quidem etiam magis, est dicendum. Voluerunt illi, quemadmo-
dum & in ipsa jam Exercitatione num. ult. monuimus, baptizandi
actum conformari Agendis Ecclesiæ VVitebergensis tempore Lu-
theri & deinceps usitatis. Sic enim Præfatio formulæ baptizandi
præmissa habet: Die Tauff sol in der Kirchen, zu welcher des Kind-
leins Eltern gehören — mit den gewöhnlichen Exorcismis und Ge-
beten — laut der Alten Kirchen Ordnung geschehen. — Nicht daß
wir damit die Tauff so ohne die Exorcismos geschehen, verwerffen
wollen — Sondern daß wir in diesen Kirchen dieses Fürstenthumbs
uns nach der alten Witebergischen Ordnung gern halten wollen/
wie die vor der Zeit bey Leben Lutheri, und hernach gebräuchlich gewe-
sen, — zu welcher Eintracht ohne Zweifel fromme Pfarrherren gern
sich

sich bequemen werden. Jam autem in Agendis, quæ tempore Lutheri & postea in Ecclesia VVitebergensi fuerunt in usu, verba ista parentesi fuerunt inclusa, de quibus hic controversia est, neq; in baptismo parvulorum per inveteratam consuetudinem fuerunt adhibita, ut confirmavimus testimonio D. Balduini in Exercitatione num. ult. & non multò antè in hâc ipsâ Appendice. Deinde cum edita sint Agenda illa, quorum hodiè in nostris hujus Ducatus Ecclesiis usus est Anno 1568, & quidem curantibus negotium hoc duobus tum Ecclesiam hîc regentibus Episcopis, ceu ex Præfatione constat, sine dubio actores illorum exstiterunt D. Georgius Venediger & D. Joachimus Mörlinus, quippe qui tunc Episcopatus munere in hac Provincia fuerunt defuncti. Ast uterq; subscripsit Corpori Prutenico, quod disertè docet, peccato nos esse infectos, priusquam actione aliqua legem transgrediamur, prout observatum nobis num. III: id verò falsum esset, si motus à naturâ depravatâ provenientes ad peccatum actuale pertinerent. Nunquam enim sine motibus aliquibus *ἀνάγκη* adhærentem habentibus est natura corrupta. Contradixissent ergò hâc ratione sibi ipsi Viri illi Doctissimi, & ad idem faciendum alios obligassent, quod absit ut de illis cogitemus. Non fuissent quoq; verba ista, & quæ ipse super addidit, in Agendis, quæ Polonicis Ecclesiis hîc in usu sunt, omissa, si Agendarum Germanicarum Autores, qui cum Polonicarum instructoribus iidem sunt, voluissent ea strictè in parvulorum quorumvis baptismo adhiberi: nisi fortè putandum sit Germanorum quidem parvulos ex illorum sententiâ cum peccatis etiam actualibus nasci, Polonorum non item, quod ridiculum. Deinde nec effugisset hac in re virgulam censoriam Agenda non multò ante ab Aurifabro confecta, ut quæ verba illa à prioribus separaverat, eo fine, ut in baptismo eorum, qui in lucem primùm editi erant, infantium, non usurparentur. Ast hoc in Agenda illa non fuit reprehensum, in qua tamen aliàs vel minima quæq;, quæ suspicionem afferre poterant, fuerunt animadverta, carboneq; notata. In Catechismis quoq; hîc impressis cavendû fuisset, ne verba illa omitterentur, si ejusmodi institutum Agendis reverâ esset adversum.

Quod

Quod enim in tenera juventute imbibitur), firmiter hæret & deinceps crescente ætate. Ast omnia deprehenduntur ea in plerisque non solum recentioribus, sed & vetustioribus catecheticis libellis. Tandem nec desunt particularium Ecclesiarum in hoc Ducatu Agendæ Germanicæ, in quibus verba illa aut planè sunt deleta, aut parenthesis illis à Pastoribus istarum jam olim est adscripta, quod incongruum atq; intentioni Autorum Agendarum istarum omnino adversum putarent, ea in baptismo parvulorum, primum natorum, adhibere, quos hac in parte & successores ipsorum fuerunt sequuti. Retulerunt id mihi nuper ii, qui hodie Ecclesiis istis præsunt, atq; addiderunt insuper, se quoq; vel ideò iis in baptismo tenellorū infantum nunquā fuisse usos. Sed & ego in eâ, quæ mihi concredita est, Ecclesia, ea non usurpata, quin itidem adscriptâ parenthesis circumseptâ inveni. Quis autem eam adscripserit, me latet. Non usurpasse vero verba illa in taliū baptismo etiâ Dn. D. Johannem Behmiū b. m. Virum de Patria nostra meritissimum, qui antehac Ecclesiastico officio in hac ipsa Ecclesia cum laude fuit defunctus, vel ex eo fit verisimile, quod, cum in exemplo Agendarum Aurifabri, quo ipse usus fuit, minutissima quæq; suspitione incurretia propriâ manu annotasset, ad marginalē tamen illam, quam ante diximus, observationem, nihil adscripserit, quod sine dubio fecisset, si quid in ea reprehensione dignum judicasset. Sed nec D. Mislenta & D. Derschovius, si baptizantium munus sustinuisent, ea in parvulorum baptismo usurpassent, quod nulla in iis actualia peccata admisere, ceu constat ex num. III. Deniq; sunt & Ecclesiæ Lithvanicæ, quæ cum Agenda typis impressa in lingua sua non habeant, ejusmodi scriptis utantur, in quibus verba illa, perinde, ut in Agendis Polonicis, planè sunt omissa. Nec obstat, quod alii tamen non pauci in Provincia hac verba ista etiam in tenerorum infantum baptismo legant. Ex dictis enim patet, fieri id contra intentionem eorum, qui Agenda adornarunt. Nec consuetudo illorum legem aliis figere potest, aut veritati præjudicare, cui consuetudo omnis cedere cogitur, ut benè monet Tertullianus de Velandis Virginibus, quum ait: *Veritati nemo præscribere potest non spatium temporum, non patrocinium personarum, non privilegium regionum.* Et Cyprianus Epist. 74 scribit: *Nec consuetudo, quæ apud quosdam obrepit, impedire debet, quò minus veritas prævaleat* &

G

Vincato

vineat. Quibus gemina non pauca occurrunt in Concilio Carthagi-
nensi, à Cypriano congregato. Sic enim in illo Litosus Vergensis:
In Evangelio Dominus dixit: Ego sum veritas, non ego sum consuetudo.
Et Felix à Buslacenis: *Nemo consuetudinem rationi & veritati praeponat, quia consuetudinē ratio & veritas semper excludit.* Deniq; Hono-
ratus à Tucca: *Cum Christus veritas sit, magis veritatem, quam consue-
tudinem sequi debemus.* In iis quidē, quæ ritus tantum & ceremonias
concernunt, atq; in se ad diáφωρα sunt, concedimus, non facile quid
esse mutandum, sed receptæ consuetudini insistendum. Perturbat
enim animos consuetudinis, etiam in melius mutatae, novitas, quemad-
modum Augustinus Epist. 118. ait: *Ipsa mutatio consuetudinis etiam, quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat: quapropter quæ utilis non est, perturbatione infructuosa consequenter noxia est.* Unde addit ibidem:
*Quod neq; contra fidem, neq; contra bonos mores injungitur, indifferen-
ter est habendum, & pro eorum, inter quos vivitur, societate servandum est.* Et Epist. 86. ad Casulanū: *In his rebus, ait, quibus nihil certi statuit Scriptura divina, mos populi Dei vel instituta majorum pro lege tenenda sunt.* Consuetudo enim in talibus est jus quoddam moribus institu-
tum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex, dist. 1. capit. Consuetudo.
Alit alia est ratio cōsuetudinis ejusmodi, quæ aliquid importat veri-
tati adversum, quam etiam Philosophi volunt majoris ab unoquoq;
æstimari debere ac propriam vitam; nedum consuetudinem ab ali-
quibus proprio consilio receptam. Contra veritatem nihil possu-
mus, sed pro veritate, inquit Apostolus 2. Cor. ult. v. 8. *Δίωκα μὲν ἡμῶν δέδωκεν, ἵνα ἀληθῆ φέρωμεν τὴν ψῆφον, ὅχι ἐπεναντίαν τῇ ἀληθείᾳ,*
inquit Theophylactus in h. l. *Facultatem nobis dedit, ut verum fera-
mus calculum, & non veritati contrarium.*

VII. Atq; hinc unà apparet, quàm sinistrum plane sit illud
quorundam de nobis iudicium, quasi dum verba illa, ut ut ex con-
suetudine in Ecclesiis nostris haud paucis imò plerisq; recepta,
omittimus, tantum nobis sumamus potestatis, ut constitutiones
Ecclesiasticas pro lubitu mutare conemur. Crimen hoc falsi est,
cujus nemo nos convincet unquam. Accusasse si sufficit, quis
innocens erit? *Murus è contrario abeneus est, — Nil conscire sibi,
nulla patlescere culpa.* Aliud est constitutiones Ecclesiasticas
ex-

explicare, seu genuinum earum sensum promere; aliud eas pro arbitrato suo mutare. Quoties Jcti inter se disceptant de mente hujus vel istius legis? nec tamen qui in explicatione ab aliis abeunt, ideò statim novas leges condunt. Quoties & Doctores Catholici in exponendis obscurioribus Scripturæ locis in diversas partes eunt? nec tamen autoritati Scripturæ ideò quid detrahunt. Ergò nec in Agenda Ecclesiastica sibi potestatem è vestigio arrogant, qui in exponendis locis controversis, quæ res propriè ad Theologos pertinet, ab aliis dissentit. Nec metuendum nobis, nedum veritatem, & quidem necessitate adacti, defendimus, veritatem, inquit, Scripturæ, & Catholicæ Ecclesiæ, quin & nostratibus Theologis plerisq; per omnia conformem, scandalum aliquod, quod frustra nobis objicitur, aliis præbeamus. *Res enim bona neminem scandalizant, nisi mentem malam*, ut rectè Tertullianus lib de Velandis Virginibus c. 3, qui & ratione id confirmat, cum subdit: *Scandalum enim non bona rei, sed mala exemplum est, edificans ad delictum*. Scandalum, ait & Thomas 2, 2 q. 43 a 1, est *dictum vel factum minus rectum, præbens alteri occasionem peccandi*. Ast cui dictis vel factis occasionem ad peccandum, vel etiam non rectè sentiendum de veritate divina præbuimus? Opposita potius sententia, quæ præter peccatum ingenitum etiam propria seu personalia peccata infantibus tribuit, talis est, ut offendiculum aliis præbere possit. Contradicit enim non solum Theologis nostratibus plerisq;, ceu patet ex num. III, sed & Scripturæ in super & Catholicæ Ecclesiæ. Scriptura dicit infantes tenellos non peccare ad similitudinem Adæ, Rom: 5, 14, hoc est, non peccare actualiter, ut non Patres solum, sed & nostrates exponere vidimus. Dissidentes à nobis ex opposito dicunt, etiam infantes actualiter delinquere. Scriptura dicit, infantes teneros *nec bonum nec malum facere* Rom 9, 11: ast illi, etiam infantes illos malum facere asserunt. Ecclesia dicit, parvulos peccato congenito proprium aliquod peccatum non superaddere. Sic enim inter alios (secus autem qui sentiat, nullus nominabitur) Augustinus in Enchiridio ad Laurentium c. 93: *Mitissima sanè omnium pœna erit eorum, qui præter peccatum, quod originale traxerunt, nullum insuper ADDIDERUNT*. Et Serm. 4. de verbis Apostoli: *Videte, quid est, pertransiit? Inde est & parvulus reus: peccatum non fecit,*

fecit, sed traxit. Rursus lib. 16. de Civitate Dei c. 27: Parvuli non secundum vitæ suæ proprietatem, sed secundum cognatam humani generis originem omnes in illo testamentum Dei dissipaverunt, in quo omnes peccaverunt. Pariter & Leo Magnus Epist. 86. ad Nicetam c. 4: Nullus est, qui non peccato moriatur in baptismo: sed parvuli TANTUM ORIGINALI, majores autem etiam his omnibus, — quæcumq; MALE AGENDO ADDIDERUNT ad illud, quod nascendo traxerunt. Et Walafrius Strabo lib. de rebus Ecclesiast. c. 26: Omnes, quos Dei gratia non liberat, pereunt in originali delicto, etiam qui sui sceleris non adjecerunt augmentum, necessario parvuli baptizantur. Illi contra etiam parvulos peccato, quod originale à parentibus traxerunt suis, addidisse proprium aliquod delictum affirmare coguntur, quo loquendi modo præter Pelagianos in veteri Ecclesia nullus unquam usus fuisse legitur. Hi enim docebant, infantes in vitâ jam propria, posteaquam nati sunt, peccatum habere cœpisse, atq; idè baptizari, ut hoc eis remittatur, quod in hac vitâ proprium contraxerunt, teste Augustino lib. 1. de peccatorum meritis & remiss. c. 17 & 34, atq; ex eo Chemnitio quoq; nostro, in verbis num. IV. in fine adductis. Juberet Apostolus unumquemq; vitare τὰς καὶνοφάνας, profanas verborum novitates, ut legunt Ambrosius, Chrysostomus & alii 2. Tim. 2, 16. Ast in his sine dubio censendi sunt & isti loquendi modi, quibus nec Scriptura, nec Catholici Doctores unquam fuerunt usi, sed Pelagiani saltem, damnati non in Milevitano solum sed & Ephesino I, tertio Oecumenico Concilio, hæretici. Inde & non paucos hîc novimus, qui verbis illis, quando in tenellorum infantium baptismo adhibita audierunt, fuere offensi; idemq; contigit & aliis in locis, adeò ut Rev. Ministerium Dantiscanum hac ipsa re commotum ante tempus aliquod fuerit decernere, ne deinceps verba ista in talium baptismo usurparentur. Eo autem quod aliqui verba illa omisere, offensum fuisse quenquam eorum, qui seposito partium studio de rebus, ut fas est, judicant, hætenus non audivimus; nec offenderentur alii nobis minus benevoli, dummodò, odio seposito, charitati fraternæ hospitium tandem præbere vellent. Qui enim fratrem suum amat, in eo nullum scandalum est, ait Johann. Epist. 2, 10. Ad quæ verba ita scribit Augustinus Tract. 11. Qui sum
914

qui patiuntur scandalum aut faciunt? Qui in Christo scandalizantur, & in Ecclesia. Qui in Christo scandalizantur, tanquam à Sole uruntur: qui in Ecclesia, tanquam à Luna. Dicit autem Psalmus (121, 6:) Per diem Sol non uret te, neq; Luna per noctem, id est, Si TENUERIS CHARITATEM, nec in Christo scandalum patieris, nec in Ecclesia. Et postea: Quomodo non est scandalum in eo, qui diligit fratrem? Quia qui diligit fratrem, tolerat omnia propter unitatem, quia in unitate charitatis est fraterna dilectio. — Illi ergo qui scandalum patiuntur, pacem perdunt. — Non patiuntur autem scandalum, qui sufferunt invicem; sicut Paulus dicit Eph. 4, 2: Sufferentes invicem in dilectione studentes servare unitatem Spiritus in vinculo pacis. Id agant illi, & scandalum omne erit sublatum. Si illis usurpare & in posterum placet verba illa, usurpent, per me licet; nemini enim legem figo, sed quemq; suo abundare sensu permitto, dummodò mihi quoq; non injiciatur vinculum ad agendum quid contra conscientiam, quâ Deo sum obligatus. Non possum tamen, quin iis coronidis loco propria verba in memoriam revocem, quibus eam ipsam, quam in Exercitatione defendi sententiam, ante sedecim annos adstruxerunt. Sic enim tum illi in Prodomo Antapologias ad Quæstionem: Num peccatum originis sit causa adæquata damnationis pag. 234, 235: Zum andern ist in acht zunehmē/daß auch unser Symbola und Theologen also nicht reden/ sondern die sprechen außdrücklich/ fast mit selbigen Wortē/ daß die Erbsünde verdamme alle die nicht wiedergeboren sind/ ob gleich keine thätliche Sünde dazu kome/wie solches geschiehet in den Kleinen Kindern/welche eben so woll alle miteinander/als die Alten/ ehe sie durch das Bad der Wiedergeburt erneuret werden/ Kinder des Zorns und der Verdammniß seyn. Davon zu lesen die Augspurgische Confess. Art. 2. Art. 9. Die Apologia der A. C. welche außdrücklich pag. 58. Libri Concordiæ schreibt/ daß wir (nemlich durch die bloße Erbsünde) nicht allein dem Tode und den leiblichen Übeln unterworfen seyn/ sondern auch deswegē unter die Gewalt und Reich des leidigē Satans gehören. Corpus Prut. lehrt eben diß lit. F. 1. fac. 2. & G 6. fac. 1. Form. Conc p. 575. Et pag. 236 pergunt: Eben also muß auch folgē: So die Kinder der Ungläubigen weder wegen ihrer Erbsünde/ noch wegen der thätlichen Sünden (weil sie für sich keine begehen/) verdambe werden/ sie aber doch die Missethat ihrer Väter nicht tragen sollen/wie:

Die Schrift redet Ezech. 18, daß Gott dieselben auß keiner Ursach/son-
dern ex absoluto uñ libero beneplacito und decreto verdamme. Sub-
sequente autem pag. 2;7. concedant quidem etiam in infantibus
ἐνέπυσαν quandam pravam, sed implicitam peccato originis. Sic
enim progrediuntur: Spricht er/das durch die Erbsünde keiner in der
That sündige—habe er zur Antwort/was die Schrift sagt Rom.5: Daß
wir in Adam alle gesündigtet haben / und dannhero die Thätigkeit
Adæ von uns so gänglich nicht zu leugnen / sondern vielmehr nach zu
geben sey: eben wie von den Kindern Noa so noch nicht gebohren wa-
ren/ eine sündliche Thätigkeit nachgegeben wird/ daß also der Erb-
sünde in allen Kindern auch eine commissio mali, Begehung der
Sünden gleichsam einverleibet/ welche von uns allen in Adam
geschehen/und deswegen auch die/ so der Erbsünden halben verdammet
werden / — auch nicht bloß propter absentiam justitiæ originalis,
sondern auch einer thätlichen Begierde und Thätigkeit halber ver-
dammet werden. Hievon siehe Herrn D. Fewerb. Fasc.2, Disp.4. D.
Hülsem. Extens. c.5, n. 11. His congruit, quod nominatim M. Chri-
stianus Ilingius in Tractatu de eadem Quæstione seorsim edito scri-
bit: Vielmehr erfolget auß seiner hypothese das absolutum decre-
tum. Denn so die Kinder (der Ungläubigen) nicht umb der Erb-
sünde willen/auch nicht umb der würcklichen/dergleichen die Alten
begehren/noch umb ihrer Eltern Missethat willen Ezech.18 verdammet
werden / bleibe keine andere Ursach ihres Verderbens mehr übrig/deñ
das bloße Wohlgefallen Gottes. *Hæc tunc, ô boni, quoad præsens, rectè
se habuerunt: nunc cum ego idem doceo, dignus nonnullis vestrum
censeor, qui nescio quarum non postuler novitatum, dirisq; cunctis
devovear Sed per exiguū mihi est, quod à vobis d iudicet. aut huma-
no iudicio. Condemnent me quicumq; voluerint, dummodò con-
scientia mea me absolvat. Erit olim, qui nos omnes est iudicaturus
& unicuiq; secundum opera sua retributurus. Id me erigit: dicant,
scribant alii, quodecunq; libuerit. Obrectando & condemnando, cre-
dite mihi, tale quid non merentem miserum haud reddetis, sed bea-
tum potius, quo nomine prolixas vobis ago gratias. Vos verò quan-
do tandem animum advertetis monito isti Prophetico Esa. 66, 5:
*Audite verbum Domini, contremiscentes ad illud: Dixerunt fratres ve-
stri, odio habentes vos, elongantes vos, sive, ut Vulgatus habet, abjici-
entes**


entes vos, propter nomen meum: gloriosus sit Dominus: sed conspicietur in
letitia vestra, & ipsi pudore afficientur. Electi estis fratres, qui populum
doceatis, ita meritò vos alloquor, verbis Optati Milevitani ex lib. 4.
adversus Parmenianum, & detrahitis nobis, utiq; fratribus vestris, quo-
niam una nos mater Ecclesia genuit, unus nos Deus ter excepit. Et tamen
scādala contra nos ponitis. — Considerate tractatus, considerate manda-
ta, actus quoq; vestros revolvite. Nullus vestrum est, qui non convicia
suis tractatibus immisceat. Qui non aliud initiet, & aliud explicet.
Lectiones Dominicis incipitis, & tractatus vestros ad nostras injurias ex-
plicatis. Profertis Evangelium, & facitis absenti fratri convitium. Audi-
torum animis infunditis odia, inimicitias docendo svadetes. Ut in omni-
bus, quæ ad Theologicam peritiam spectant, idem sentiamus cuncti
impossibile est: uni enim plus cognitionis concessum est, quàm alte-
ri, quemadmodum & munera, quibus defungimur, sunt distincta. —
unitatem autem Spiritus per vinculum pacis servare omnes possu-
mus, dummodò velimus. Cur ergò id non agimus, sed mutuis dissi-
diis nos lacessimus & corpus Christi gloriosum, quantū in nobis est,
scindimus? Cur non observamus omnes Apostolicam illam admo-
nitionem: Quotquot perfecti sumus, hoc sapiamus, τὸ φρονεῖμεν, hoc
est, ita simus affecti, ut non quantum viæ jam cōfecerimus, sed quid
nobis ad metam super sit, animo volvamus. Quod si aliter sentitis, si
discrepantes adhuc in nonnullis opiniones habetis, hoc quoq; revela-
bit Deus, hoc est, aperiet vobis, quid de talibus tenere vos oporteat,
dummodò in eo, quo pervenimus, eadem regula incedamus & idem sa-
piamus, id est, juxta regulam incedentes fidei de reliquo unanimi
& concordia studeamus, Phil. 3, 15, 16. Habuerunt & Patres inter se
discrepantes opiniones, charitatem inter se tamen salvam & illiba-
tam servarunt. Hoc facit sanitas pacis, ait Augustinus lib. 2. de Bap-
tismo adversus Donatistas c. 4, ut cum diutius aliqua obscuriora qua-
runtur & propter inveniendi difficultatem — diversas pariunt in fra-
terna disceptatione sententias, donec ad verum liquidum perveniatur,
vinculū permaneat unitatis, ne in parte precisa remaneat insanabile vul-
nus erroris. Hæc ibi Augustinus prolixius didacit, ut concordia desi-
derium in Donatistis excitaret: qui tamen iis parum movebantur.
Unde idē Augustinus in Enarrat. Psalmi 120: Nos (Catholici) inquit,
istis (Donatistis) dicimus: Amate pacem, diligite unitatem. Nescitis a
quàm

quàm multis bonis separemini, dum quasi malis calumniamini? Furiunt
saviunt, quando ista dicimus. — Apparuerunt sepè impetus eorū, apparu-
erunt insidia, Et lib. 2. contra Epist. Parmeniani c. 13. de iisdem scribit:
Cum ad pacem Christi revocantur, calumniatores sunt. Cum paci Dona-
ti consulunt, dissimulatores sunt. Quid est hoc aliud, quàm quod eorum
Magister Ticonius de illis ait, QVOD VOLUMUS, SANCTUM EST. Sed
digna talia erant Donatistis. Nos aliam induamus mentem, alium
animum. Cur qui charitatem colimus, inquit Gregorius Nazianzenus
Orat. 14, quæ tertia est de pace, mutuis odiis flagramus? qui pacem,
implacabile & inexpiabile bellum gerimus? qui angularem lapidem, di-
rimimur & distrahimur? qui petram, concutimur? qui lucem, caligamus?
— Quid hæc, Viri, & quam diu? Non tandem aliquando resipiscemus? non
expergiscemus? non erubescemus? non si nihil aliud, hostium certè lin-
guis, quæ falsa etiam crimina facile affingunt, occurremus? non immodi-
co huic contentionis studio finem imponemus? — Non apud nos ipsos di-
stingvemus, quanam ne querenda quidem omninò sint, quanam medio-
criter, quanam fidei soli donanda, quanam etiam ratiocinationibus,
τοῖς λογισμοῖς, pro quibus deniq; acri animo pugnandum sit, rationibus
tamen, non ferro atq; armis, sed nec maledictis & convitiis. Ego, etiã
si variis modis lacessitus, vobis charitatem meam offero, declaratu-
rus eam ipso opere, quotiescūq; se mihi aliqua obtulerit occasio. Id
si contēnitis, culpa omnis nō in me, sed in vos olim redundabit. Mē-
bra sumus unius corporis, in eadem familia sumus, unum Deum Pa-
trem, & unā matrē, Ecclesiam, agnoscamus, uno cibo & potu alimur,
unumq; præmium, vitam scilicet beatam & immortalem, speramus,
eodē deniq; fungimur ministerio. Quid æquius est, quàm ut qui tam
arctè conjuncti sumus, concordia & pacē inter nos sedulò servemus?
Quod testamento nobis legavit Christus à nobis discedens, pax est:
Pacem, inquit, meam do vobis, pacem meam relinquo vobis Joh. 14, 27.
Via autem nobis ad pacem planissima erit, si pravā suspitione omni,
quæ sanè cum charitate fraterna è diametro pugnat, sepositā, quisq;
fecerit id, quod sui est officii, nec alios alienis se non immiscentes
citra causam interturbaverit. Deus tolerantia & consolationis det
nobis omnibus, ut concordēs simus secundum Jesum Christum, atq;
unanimes uno ore glorificemus Deum ac Patrem Domini nostri Jesu
Christi, cui sit laus & gloria in secula sempiterna,
Amen.

1347 (I)

ULB Halle
003 702 294

3




TA → a p

1077
M.







224

DIX NIORUM

logis,
addictis,

rum,

ONEM DE LIINFANTUM

S ZEIDLERI

l: & Conciona-

ici,

ornata

loc LXX.



NTI,
S REUSNERUS,
enb: & Academiae
us.

